Epegegesis, ἐπεγέγερσις, enarratio, quum aliquid brevius, aut obscurius dictum, addita explicatione insuper dilucidamus.

Epha ἐφα, mensura quedam.

Epharmosis, ἐφάρμοσις, adaptatio, species computationis.

Ephēbūs, Pubes. { γυναῖκες, ηγετης. ἐφεβος. GALL. Jeune joun venceau, à qui commence à venir la barbe. ITAL. Giovaneito di prima barba. GERM. Ein jungling über vierzehn jaren / dem der erste bart / anfacht zuwachsen. HISP. Ioven, moço desbarbado. ANGL. A stripeling of xuyear. ex iwi, & ἐφεβος, pubertas. Juven.

Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis.

Terent. in Andr. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, libertus vivendi fuit potestas, id est, postquam excessit ex ea ætate, qua pubem primò emisit. Cicero. I. de nat. deor. Athenis quum esset è gregibus ephborum, vix singuli reperiebantur. Suet. in Aug. c. 98. Spectavit assidue exercentes Ephebos.

Ephēbā, Pubettas. { נערוֹת neburim, טבּוֹת halumim. ἐφεβαι. GALL. Adolescence. ITAL. Giovaneità che commencia d'anni quindici. GERM. Das alter der angehenden jugent. HISP. Moedad. ANGL. Stryplinge age. Prima ætas adolescentia, & extrema pueritiae, tradit Donatus. Censorinus de die natali, cap. 5. ita distinguit, ut de cimo quinto ætatis anno, quum primùm pueritiam egredi sumus, diccamus μεταποίησο, hoc est, futuri ephebi: decimosexto ἐφεβοι: decimoseptimo ἐφεβαι, quasi ephebiam egressi.

Ephēbūm, ἐφεβοι. GALL. Le lieu où les adolescents s'exercent. ITA. Luogo dove s'esercitano i giovencini. GER. Das ort oder der platz an dem sich die jugent übt. HISP. Lugar donde se exercitan los mojos. Calepini Pars I.

ANGL. A place to yongement play or exercise yame in. Dicitus palestræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruv. lib. 8. sic inquit, In dupli portico collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

Ephēctici, Philosophi qui de rebus dubitant, Sceptici dicti, cunctatores, hæsicatores, nil deliberantes. Suid. Bud.

Ephēdrā, æ, ἐφεδρα, Dioscoridi. Herba est aliis nominibus caucon, & anabasis appellata. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirtis omerosis, qui sunt junci geniculati. Hæc Plin. lib. 26. cap. 13. Hac mulierculæ utuntur ad vala lignea emundanda, pectinumque opifices ad buxi scabritiem expoliendam, vulgo Prelam vocant.

Ephēgēsis, ἐφηγησις. Causæ, vel judicij genus, quum accusabatur is, cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli, aut homicidæ.

Ephēls, ἐφηλη. Tuberculum, seu aspredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephemerā, sive Ephemeris, ἐφημερα. Febris est unius diei, quam & Latini Diariam appellant, eo quod diei unius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

Ephēmeris, idis. Liber, seu commentarius in quem quotidiana acta referuntur. { ἐφημερησ. GALL. Registre & papier journal. ITAL. Giornale, registro. GERM. Ein denkbüchlein in welches tägliche handlungen verzeichnet werden. HISP. Historia que procede de dia en dia. ANGL. A register reckoning book wherein things daylie done be written. Liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur: Latine Acta diurna & Diarium dicitur, ab æri, & ἐπιηρ, dies. Mos fuit Romanis ut singulis diebus rerum suarum tabulam conficerent: unde Juvenalis accipit pro libro in quo diurnales divinationes erant.

In cuius manibus, cœpingua succina, tritis

Cernis ephemeras.

Propertius pro libro fœneratoris sumpsit, in quo summas pecuniae mutuatitiae fœneratitiaeque prescribit, ratiunculam per singulos dies expensi acceptique subducit, & lucra damnaque computat.

Me miserum, his aliquis rationem scribit avari,

Et ponit duras inter ephemeras.

Cicero pro Quintio, Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem revertitur, inventus dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Adversaria à Cicerone. Vide Adversaria. Ephemeris, quid, & quomodo Latine? vide apud Gell. cap. 18. lib. 5.

Ephemerus, a, um, ἐφημερησ, diarius, diem durans. Hinc ephemera febris, ἐφημερησ παρετος.

Ephēmēron, ἐφημερησ. Animal nascens apud Hypanim fluvium, qui influit in Bosphorus, eodem quo nascitur die interiens. Aristot. lib. 5. hist. animal. Hinc natum adagium, Ephemeris vita, Εφημερησ ζωη, de iis qui statim emoriuntur, aut pereunt.

Ephēmēron, ἐφημερησ. Duarum herbarum nomen est Dioscoridi, quorum alteri folia tribuit lili, sed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, semen molle, radicem unam digitali crassitudine, odore non injucundo: traditque in locis præc pue opacis nasci. Hæc hodie herba esse creditur, quæ flosculos candidos gignit, gratissimi odoris, quos vulgus Lilia convallium appellat. Dictum autem ephemeton putatur, quod florem habeat fugacissimum, & qui unico die marcescat. Alterum ephemeris genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibusdam etiam bulbis agrestis: sub Autumni exitum florē fundens croceo similem, folia habens pinguis quam bulbus, caulem semipedelam, semen rufum, radicem ex nigra rufescens, quæ desquamata intus albiset, succinumque lacteum fundat. Vulgus Canineam vocat, quod gustatum canes enescet. Quinetiam homines, bulbi similitudine more fungotum strangulat. Unde etiam ephemeron appellatum existimat, quod die uno perimat.

Ephestiades, vide Phestiades.

Ephēstīi, ἐφεσοι, à Græcis dii appellantur, qui à nobis Penates, & Lares, quod aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τετικη, Græci focum, seu larem intelligent.

Ephēstris, idis, ἐφεσοι, vestis quæ supra arma indui solet. Bayfius putat eandem fuisse, quam Romani paludamentum appellant.

Ephēsus, { ἐφεσος vulgo. GERM. Toglie o Epheso. Urbs Ioniz, celeberrimo Diana templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræ motus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta sex cælestæ fuerunt mito artificio. Hoc templum impensa non facilè aëstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimum via sui nominis immortalitatem venabatur) incensum totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit, & loci opportunitate multum crevit, & maximum citerioris Asiae emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, viræque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hippoñax poëta, & Parrasius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Judæus, qui sacram Scripturam interpretatus est.

Ephesus, inquit Steph. urbs Ioniz clarissima: vel, ut Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Ptelea (πτελαι, unde Pteleus, & Pteleates) & Sarmona, ab una Amazonum, quam & reginam, & Diana sacerdotem fuisse tradunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium passa est: quo cum plurimi extinti essent, Lysimachus civitatem in eum locum, ubi nunc est, transtulit, & ab uxoris nomine Arsinoën vocavit: eo mortuo, pristinum nomen receptum est. In hoc diluvium Duridis elegans tetraphthon Stephanus recitat. Est & Ephesus insula Nili, ut etiam Chius, & Lesbos, &c. Stephan. Plaut. Mil. sc. 1. a. 2. Hoc oppidum est Ephesus. Ibidem, in Ephesum illam huc avehit.

Ephesinus, adject. ut Ephesina Diana. Cic. 3. Philipp.

Ephesius, ἐφεσος, adjectivum. Cicer. I. de Divin. Qua nocte templum

O O Ephesius

Ephesia Diana deflagravit. Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Ephesia Diana. Vide Diana. ¶ Ephesia litera, Εφεσια γραμματα. Dictum videtur de iis, qui mita felicitate, tanquam divina virgula, quicquid optarent, asperguntur. Aiunt enim, Ephesis notulas quasdam & voces magicas facit, quibus utentes in omni negotio victores evaderent.

Ephetae. Plut. in Solon. Ephetae, judices Athenis.

¶ Ephetinda, εφετιδα, ludus, quando pila alio protenditur, aliorum autem jacitur: ab εφεται immitto. ¶

Ephialtes, εφιαλτης, à nostris dicitur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimum infestans, quem veluti ingenti pondere nobis superincubente premi videtur. Dictus δων οφάλτας, hoc est, à condescendo sive insilendo. Generatur autem, ut nonnulli medicorum tradiderunt, ex voracitate & cruditate; evaporatione scilicet in caput redundantem. ¶ Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filiis, qui quam singulis mensibus novem digitos ericeret, in tantam altitudinem evaserit, ut statuta sua fœtus unum cum fratre Oto superis bellum inferret: quapropter à Jove fulmine ictus ad inferos est detrusus. Virg. in Culice,

Nam vietus sedet immanis serpentibus Otus

Devinctus, mortuus procul afficiens Ephialtem.

¶ Ephialtia, vel Ephialtion, pœnia, quod adversus ephalten sit remedio. ¶

EPHIPPIA, orum, propriè tegmina, seu stragula, quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum imponuntur. ¶ έπιχαρ. επιται, δων οφιτης. GALL. Selles, ou autres couvertures de chevaux, comme housses & autres choses, harnois. ITAL. Selle di cavalli, è simili ornamenti. GERM. Sattel. HISP. Sillas o cubiertas de cavallos. ANGL. Horse harness. ¶ Cato, sive Varrone, sive alius quisquis is est, qui de liberis educandis librum conscripsit: Mihi pueru modica fuit una tunica, & toga sine fasciis calceamenta, e quibus sine ephippio. Horat. in Epist.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vide Mart. Epigr. 86. cap. 14.

Ephippiati equites, qui ephippia habent in equis. Cæsar 4. bell. Gall. Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quam ephippiis uti: itaque ad quemvis numerum ephippiatorum, quamvis pauci, adire audent.

Ephippiati equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorem vestitam. Vide in dictione Strata.

¶ Ephod, amicum quod supra aliam vestem induebatur, sacerdotibus in V.T. usitatum, leve & tenuer ex lino pro vulgaribus, sed pro summo Sacerdote ex aureo filo. ¶

Ephorus, έπορος. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & discipulus Theopompi: cuius vitam & scripta vide apud Suid. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios, magistratus ejusmodi fuerunt, quiles apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic oppo- siti Regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Ut enim à Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat, sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoribus Reges alias ejusmodi fuisse, alias interemptos. De iis Plutarch. in Lycurgo, & in Ari- stide, & in Agide. Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiae pervenierunt, ut sensim à Rege magistratum proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicti δων οφορος, quod est intueri, quod ad civitatis salutem oculos intentos haberent.

¶ Ephpheta, Mare. 7. 34. Dominus noster surdum & mutum curaturus dixit έφορος, quod exponitur Διοριζοντα, adaperite. ¶

Ephydrōn, έφυδρος. Herba, quæ & equisetum, & hippuris, & anabasis appellatur. Vulgus Prelam vocat. Vide Hippuris.

Ephyta, vulgo Coranto, urbs Peloponnesi, in ipso sita Isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyra autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceanii & Tethys filia: cuius meminit Virg. 4. Georg. & Lucan. lib. 9.

Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.

Ephyraeus, α, um, έφυραιος, hoc est, Corinthius. Propertius.

Non ita complebant Ephyrae Laidos ades.

Lucan. lib. 6.

In sedis castris, Ephyraaque mænia servat.

Virg. 2. Georg. Ephyraeus per quinque syllabas extulit,

Illusas auro vestes, Ephyraaque ara.

¶ Fuit & alia ejusdem nominis urbs in Eipo, aliisque rursus in finibus Thessaliam: item aliae nonnullæ, quas vide apud Steph.

Ephyra, adis, quæ ex Ephyra. Claudius de bello Getico.

Scilicet Argolicas, Ephyreia de que puellas

Cœperat & pulchras iam fastidire Lacanas.

¶ Epi, επι, est præpositio Græca, quæ significat cum genitivo in, supra, apud: cum accusativo ad, versus: denique cum ablativo in, penes, sub, &c. Est frequens in compositione, & in multis vocabulis, quæ Latinus sermo admisit. Sequente vocali, solet abjici, & si ea vocalis sit aspirata, etiam in φ mutari. ¶

Epidilos, έπιδηλος, genus febris est ex pituita frigida, vel virtea, puræfactaque. Nomen dedit ei placidi pellacia Ponti subdola, quam Græci ἡπιδηλος, quoniam agitatum ex tranquillo difficultissimum efficitur, vel δων οφιπτικης απειλης, quod blandè, ac modice calefaciat.

Epidæs. Naves vectoribus solùm transvehendis accommodatae. Ulpius. l. 1. §. igitur præpositio, ff. de exerc. act. Quædam enim naves onerariae, quædam (ut ipsi dicunt) έπιστάτæ sunt. Et plerosque mandare loco ne vectores recipiant: & sic ut certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius: Epidæs, inquit, dictæ, ut opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est, vectores trajiciendos. Et fortasse legendum apud Jureconsultum, epibatides.

¶ Epibaterium. Scal. lib. 3. poët. cap. 106. Quam quis longam post peregrinationem, aut diurno postliminio in patriam reversus esset, certa die civibus convocatis aut habebat orationem, aut canebat carmen. Id poëmatis genus έπιστάται dicebatur.

Epbætz, έπιστάται. Sunt bellatores in re naval. Hincius de bello Alex. Capta est una hostium quadrigemis, depresso est altera: alteraque

perturbata: deinde omnes epibatis nudatae. Idem lib. de bell. Afric. Ibi que Getulis remigibus, epibatisque complet. Dicti epibatæ δων οφιπτικης, hoc est, à condescendo: unde etiam generaliter eo nomine omnes intelliguntur, qui navim condescendunt, ut aliquo cœlum vehantur.

Epibathæ, ε, έπιβαθη. Scalæ nauticæ, quibus in navim condescendit.

Epicamison, tunica. L. g. b. ¶

Epicaumæ, atis, έπικαυμα. Oculi ulcus crustosum, sordidum & impurum, humore foedo jugiter effluente. Ita dictum à quadam adustio- nis similitudine.

Epicedium, έπικεδιος. GALL. Chant de deuil. ITAL. Verso funebre.

GERM. Ein lied das man bey einer leich zu ehren dem abgestorben singt.

HISP. Versos funebres. ANGL. A verse of doulour. § Carmen est,

quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet: altera nenia, vel monodia dictum. Quod verò corpore jam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium. Epicerides, έπικεριδæ, vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Athenensem liberalitatem, amplissimis vicissim ab isto honoribus est affectus. Vide Demosthenem in Oratione ad verstas Leptinem.

Epicharmus, έπιχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tityri (ut Suidas scribit,) vel Chimæ filius, vir multa eruditio- nis clarus, comedix author. Horat. lib. 2. Epist. 1.

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Scriptis de natura rerum & medicina commentarios. Hujs mentionem facit Cic. lib. 1. Tusc. quæst.

Epichermata, έπιχερεμα, quæ dicantur, ostendit Quint. lib. 5. cap. 10. his verbis: Epicherema Valgius aggressionem vocat: Cellus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probatur sumus, etiam nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocat. Cic. melius rationem. Item c. 14. e iusdem libri, Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quod illi & plures habent species, & vera colligunt ex veris: Epicherematis verò frequentior circa credibilia est usus.

Epichrista, έπιχρισμ, apud Galenum in eundem ferè usum accipiunt, quo circumlitones, quas Dioscorides έπιχρισμ, & έπιχρισμ ap- pellat, à circumlinire, quod est expolire. Nam & in pictura circum- litonem vocant, quum operibus jam perfectis, manus admovetur ultima, quæ illa ipsa properanter, lambenteque penicillo circumle- gat, atque revisiter.

Epichysis, έπιχριση, vafis genus, teste Varr. lib. 4. de ling. Lat. è Græcia primū adiectum, nomen habens δων οφιχριση, ab infundendo. Unde nonnulli etiam Infundibulum hoc nomine appellant.

Epici, έπικη, Italiae populi. Steph. in έπικη.

Epicharismæ, tis, pars erat fabulae postrema. Quæ enim olim fabule recensebantur publicè, ad demulcendos spectatorum animos, qui tæ- dio longæ narrationis jam languebant, in fine priusquam dimittentur, cithareddus aliquis prodibat, & quod auditoribus præludebat, epicitharisma vocabatur. Hinc apud Terrull. lib. ad vers. Valent, proverbii loco ponitur Epicitharisma post fabulam. Dictum έπικε- ριση, sicut έπικεριδæ, aut έπιφόρημα.

Epicnemidii, έπικενειδæ, pars Locorum. Vide Ozola.

Epicænum, έπικενος. GALL. Mescal. ITAL. Mescalato. GERM. Vermisch.

HISP. Mescalado. ANGL. Mixed, or mingled. § Græcis idem est quod promiscuum. Unde epicænum genus à Grammaticis appellatur, quod sub uno articulo promiscue utrumque significat sexum. Interest autem inter genus commune, & epicænum, quod in genere communi & homines sunt, & pecora; in epicæno pecora tantum. Quis autem hujus generis sit usus, intelligi potest hoc modo: Nomina enim brutorum animalium, quæ sub una terminatione & marem significant, & fœminam, aut faciæ sexum discernunt, aut difficile: si facile ma- rem à fœmina distinguas, erunt communis generis, duobusque de- clinabuntur articulis, ut hic & hæc bos. Si difficile, erunt epicæna, unoque erunt contenta articulo, quem ex terminatione depre- hidimus: ut passer, epicæni generis est sub articulo hic, quia termina- tionem sortitur masculinam: aquila item epicæni generis est sub articulo hac, quia terminationem habet fœmininam. Quint. lib. 1. e. 4. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicæna dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum appa- ret.

¶ Epicombia, έπικομβια dicebantur, quæ Imperator festo coronatio- nis, vel nuptiarum die spargebat in populum.

Epicormion, mensa coquinaria. Eust. Lex. gr. b. ¶

Epicerasis, έπικεραση, temperantia humorum.

Epicrocum, Genus vestimenti croceo colore infectum, tenue & pelle- cidum. Author Festus.

Epicætus, έπικετη. Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hieropoli Phry- giæ urbe originem ducens, Romæ Epaphroditæ cuidam Neroni familiari servivit, atque ad Marci usque Antonini tempora pervenit. Domitiano autem imperante, ejus dominatu offensus, Româ Hieropoli migravit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cujusque ubi quis recte ageret. Tanta verò apud omnes homines ejus vita admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicæti lucem sicut fætilem tribus drachmarum millibus, ob ejus autoritatem vni- nesse tradat. Scriptis Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Epicurus, έπικερη, ejus sectæ author fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tam in voluptate corporis, quemadmodum Aristippus, sed in voluptate animi, hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quod Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucianus tantum tribuit, ut non dubitet affirmare, Epicurum reliquorum omnium Philosophorum lumen obscurasse, quemadmodum Sol suo splendore aliorum coelestium corporum claritatem obtenebat. Traditur fuisse continentissimæ vita: nomen tamen illud voluntatis,

in

in qua sumnum bonum ponebat, effecit, ut ab eo homines voluntarii, Epicurei dicantur.

|| Epicureus, a, um, ad Epicurum pertinens. Epicuti se^ctator. ||

Epicurius, aliud adject. pro Epicureus. Author l'riap.

Ut credas Epicurios citari.

Phaleucium est.

Epicūs, a, um, īm̄ḡ, adjectivum est, deductum à Græco nomine īn̄o, quod carmen significat, & propriè Hexametron: unde Epicus poëta, īm̄n̄os, dicitur carminis heroici scriptor. Cic. de opt. gen. Orat. Itaque licet dicere & Ennius summum epicum poëtam, si cui ita videtur, & Pacuvium tragicum, & Cœcilius fortasse comicum. Epicum poëma. Cicer. de opt. gen. Orat. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est, tractum nomen à Latinis, suum quodvis est diversum à reliquis. Vide Cœl. Rhodig. lib. 17. cap. 20.

EPIDĀMNVS, sive Epidamnum, īm̄duμ̄, vulgo Durazzo. Oppidum in ea parte Macedoniae quæ Adriatico mari incumbit, tritisimo è Græcia in Italiam trajectu nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin. lib. 2. cap. 27.) Dyrrachium dicere maluerunt propter inauspicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludens Plaut. in Men. sc. 1. a. 2. inquit, Ne mihi danum in Epidamno duas: tanquam nomen inditum sit Epidamno, quod illuc nemo sine damno divertat. Legit ibi Passerat. divortitur. Idem Plaut. ibid. Quamobrem Epidamnum venimus. De hoc Lucanus lib. 10.

Ad campos Epidamne tuos.

Appianus sic habet, Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpit. Hujus ex filia nepos Dyrrachius portum urbi adiecit, quod Dyrrachium appellatur.

Epidamnius, a, um. Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Epidamni cives. Ibid. sc. 1. a. 2.

Epidamnia, sive Epidamna natio hominum, potatores, palpatores.

Idem sc. 6. a. 5. Epidamnienses subvenite cives.

Epidaphne, īm̄daphn̄, urbs insignis Syriae, ad Orontem fluvium, una eorum, quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Selēuci Nicanoris patre. Epidaphne vero dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amoenissimum octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Julius Cap. Verum posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammianus, apud Daphnem amœnum illud & ambiriolum Antiochiæ suburbanum.

Epidaurūs, īm̄daw̄, sive Epidaurum. Urbs in Peloponneso, Aesculapii templo celeberrima: de qua Plin. lib. 4. cap. 5. in Sarronicō (inquit) Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus, obque artis præstantiam in deorum numerum relatus, quem Apollinis filius existimatus esset. Vetus ei dicavit anguem, quod multa huic animali remedia insint, ut scribit Plin. lib. 19. cap. 4. Inde fertur, Romanos, quum gravi pestilentia laborarent, consultoque oraculo juberentur Aesculapium Romanum advehere, triremen cum Legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verum quum Epidaurii deum opferum à se inviti dimitterent, ferunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnavisse, seseque in puppi in gyrum complicuisse: quem illi Aesculapium arbitrati, magna cum veneracione Romanum adverterunt. ¶ In Epidauro, pro Epidauri. Plaut. Cure. sc. 1. a. 2. & sc. 1. a. 3. & sc. 4. a. 4. Ibidem, Salvus cum advenis & Epidaurum, &c. In illa fabula frequens Epidauri mentio est. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatiae, ad Illyricum mare sita, de qua Lucanus lib. 2.

Illyris Ionias urgens Epidaurus in undas.

Pausanias & Straboni Lymira cognominata, quod sit portuosa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Ragusia juxta ædificata. Raph. Volaterranus.

EPIDEMIA, est accessus ad civitatem aliquam observari plerunque solitus. Hæc Budæus in Pandect. Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem, sive populariter sparsum.

Epidemici, de quibus titulus est apud Justinianum, sunt hospitiorum metatores in urbe, hoc est, qui in valvis januarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitarius; nam īm̄duμ̄, idem valet, quod ad civitatem in rem præsentem venio. Hæc Alciat. in 3. poster. lib. Codicū. Meminit & Cœlius lib. 7. cap. 24.

Epidermis, is, īm̄deμ̄. Cuticula est exterior in animantis corpore è vera cute veluti efflorescens, adeò tenuis, ut vel atterendo, vel scalpendo facile possit lacerari. Nomen inde habet, quod īm̄ n̄ īm̄deμ̄, hoc est, super veram cutem sita sit.

Epidicticon, īm̄deμ̄. Causa genus est apud Rhetores, à Latinis laudativum dictum, quod præcipue in laudando & vituperando versetur. Ad verbum transfertur Demonstrativum. īm̄deμ̄, enim Latinè est demonstrate. Cicer. de Orat. Dulce igitur orationis genus, & solntum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Epidipnides, īm̄deμ̄. Sunt epulæ quæ in extrema ecena, vel prandio adferuntur: unde etiam proprio quodam epitheto, scilicet epidipnides vocantur. Mart. lib. 11.

Hinc seras epidipnidas parabit.

Epidromides, īm̄deμ̄. Plagorum funiculi sunt, teste Polluce, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expansa: ita dicti quod retium plaga per ea discorrant. Plin. lib. 19. cap. 1. usus est ablative epidromis, velut à nominativo epidromos, vel epidrome. Vidiwus (inquit) plaga tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis transirent. In quibusdam tamen exemplaribus veteris legitur, epidromibus.

Epidromus, īm̄deμ̄. Veli genus quod in puppi panditur. Naturæ Mezanam vocant. Sunt enim tria velorum genera: Acation, quod maximum præcipuumque navis velum est: Dolon, quod supra actionem attollitur, quum maxima celeritate opus est: & Epidromos, quod circa puppim tenditur. Author est Julius Pollux.

Epigāmīa, a, īm̄ḡ, connubium, affinitas cum aliis gentibus. Epigenes, īm̄ḡ, nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ ejusdam Comici, cuius fabulæ recententur à Suida.

Epigastrion, īm̄ḡ. A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totumque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritoneo compactum, totum illud spatium comprehendens, quod est à cartilagine mucronata, nothisque costis, usque ad ilia, atque ad ipsum usque os pubis. Cels. lib. 4. cap. 1. Abdomen appellat.

|| Epigeum, īm̄ḡ, ad verbum, quod est supra terram: ut apogeum, īm̄ḡ, remotum à terra. ||

Epiglōssis, seu Epiglottis. Lingula est quæ asperæ arteriæ meatum obstruit, ne cibus, aut potus per cesophagum ad pulmonem descendat. { īm̄ḡ. GALL. Languette ou petite langue, comme celle qui garde que ce qu'on boit & mange ne tombe és poumons. ITAL. La linguetta che cuopre il collo à la bocca del polmone. GERM. Das Zäpfchen im hals so die Luftröhren beschließt. HISP. El gatillo. ANGL. A little tongue as that which keepeth meat to pass into the wide pipe. } Plin. lib. 11. cap. 36. Tonsilla in homine, in sue glandulae. Quod inter eas uva nomine ultimo dependet palato, homini tantum est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli ova generantium: Opera ejus gemina, duabus interposita fistulis: interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando epiglossis, ne spiritu ac voce illæ meante, si potus cibis in alienum deerraverit trahit, torqueat. Altera exterior est, appellatur sanè gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantum, aut vox commeat: ne restagnatio intempestiva alvi obstrepet.

Epigonatum, genuale. L. g. b. ||

Epigōnī, īm̄ḡ, dicti sunt authores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum, qui prium confecerant bellum. { GERM. Die anfänger des andern Thebanischen Kriegs. } Græcè enim īm̄ḡ, posteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compositorum, Epigonos inscripsit, quæ agi exposcebat voce magoæ scenicorum, & sonora. Ob hoc dixit Cic. lib. 1. Offic. quod hiltronies voce freti, agunt Epigonos, Medeāque. Errant qui existimant Epigonos aquid Strabonem esse populos, à quibus fabulæ nomen inditum sit: quum Epigoni dicti sint generali vocabulo omnes illi, qui ex diversis populis conflati, secundum bellum Thebanum, duce Alemaone confecerunt: quasi post geniti, & filii eorum, qui in primo bello ad Thebas mortem oppeterant. Nam ex Statii lectione constant nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt: quorum filii ut mortem parentum ulciscerentur, communis consilio contra Thebanos iterum arma moverunt. Acceperant enim responsum ab Apolline, eam se civitatem expugnatos, si Alemaonem Amphiatri filium Imperatorem rei bellicæ fecissent. Igitur Alemaon exercitu ex Græcis collecto, contra Thebas duxit copias, acerrimeque commissâ pugnâ potitus est victoria, & Thebae captæ ac dirutæ sunt. { Epigoni etiam dicti sunt successores Macdonum veteranorum, qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis solebolem suscepserant: quæ soboles (ut historici memorant, nomen habuit Epigonorum, qui in castris nati, in armis educati, à parvula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorsus invicti extiterunt.

EPIGRAMMĀ, tis: Epīgramma, seu Epigrammatum, i, dicitur inscriptio, vel superscriptio: δός ή īm̄ḡ, quod est superscribere. Cicero. pro Archia poëta: Quod epigramma in eum fecisset, tantummodo alternis versibus longiusculis. Idem Att. lib. 1. Epist. 11. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

EPIGRAMMĀTOGRAPHUS, Epigrammatum scriptor.

EPIGRAPHE. { īm̄ḡ. ANGL. A title or inscription. } Titulus, inscriptio: item census, id est, dinumeratio civium: & lustrum.

|| Epigrus. Gloss. Isid. Epigri, clavi lignei sunt, quibus lignum ligare adhæret.

Epiicia, epilicia, epiaia, æquitas, summi juris moderatio. Bud. ||

Epiicidae, īm̄xid̄, vicus in tribu Cectopide. Steph.

Epilema, emplastrum, quod super lema, id est, voraginiem vulneris imponitur. Cath. ||

Epilepsia. { īm̄n̄p̄ia. GALL. Mal caduc, le mal saint Jean, epilepsie. ITAL. Male caduco. GERM. Die fallende sucht oder siechtäg. HISP. Got a coral. ANGL. The falling sickness. } Morbus est, quem Latini comitialem appellant, propterea quod comitia dirimeret, si quis eo, in campo fuisset correptus. Epilepsia autem nomen à Græco īm̄n̄p̄ia, deductum est, quod in eo capiantur, & vinciantur sensus, adeò ut à mortuis nihil absint. Nam unà cum convulsione totius corporis Principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus ejus præcipuis ventribus affecto. Hinc etiam īm̄n̄p̄ia, hoc est, sacrum morbum quidam ex Græcis appellarent, quod cerebrum sanctissimum nostri portionem, quoddamque mentis veluti sacellum, peculiariter infestet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuisse tradunt. ¶ Qui hunc morbum patientur, epileptici, īm̄n̄p̄ia, dicuntur.

Epileucadii, īm̄luk̄d̄, urbs post Acarnaniam. Steph.

EPILOGIS MVS, īm̄loḡ. Cogitatio, computatio: à verbo Græco īm̄loḡ, quod est excogito, & rationem subduco.

EPILOGUS: Peroratio, conclusio, postrema orationis pars. { īm̄loḡ. GALL. Conclusion. ITAL. Conclusione. GERM. Die beschlussred. HISP. Conclusion. ANGL. A conclusion. } Cicero. 4. Tusc. Numeriam Rhetorum epilogum desideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, constantem enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακιφαλασσει, id est, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

Epinachus, īm̄n̄p̄, nomen proprium viri: & Latinè, facilis expugnatæ dicitur.

Epimanion, supermanicale, ornatus manicae sacerdotis, in dextro brachio, cui intexta effigies Servatoris. L. g. b. || Epimēdōn, ἐπιμέδων. Cauis est non magnus, hederae foliis denis duodenisve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, gravi odore. Romani *Vindictam* appellant.

Epimelas, gemma candida est, nigricante superne colore. Plin. lib. 37. cap. 10.

Epimelia: Agrypnia, cura, vigilia. Capella. ||

Epimēlis, idis, ἐπιμελής. Mespili genus est, mali magnitude, folio tantum minore, pomum ferens rotundum, esculentumque, fundo in latitudinem resimo, astringentis naturae, & tardè maturescentis. Galenus τριγχηγος vocari testatur, à tribus granis, sive ossibus quæ in se continet.

Epimenia, xenia, dona data per singulos menses post novilunium. Cath. ||

Epimēnidium (ut Plin. lib. 27. cap. 9. scribit) est tertium bulbi genus, cibis gratum, angustius folio, minusque aspero quam ceteræ scilicet species.

Epimēnides, ἐπιμενίδης. Poëta Epicus fuit, patria Cretensis, teste Apul. lib. 2. Florid. qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quadam antro obdormivit annos LXXV. Unde emanavit proverbium, ultra Epimenidis somnum dormisti, τόπος οὐ πεποιηθεὶς λανθάνειν. In eos dictum, qui perpetuum agunt otium. Lucianus in Timone. ¶ Epimenidium corium. Επιμενίδης δέκα. De re deposita, miraculique loco servata. Hic idem Atheniensibus pestilentia laborantibus dixit, civitatem purgari oportere. Itaque quum rogatus eò venisset, jussit oves albas atque nigras apud Ateopagum immolari: Revertens deinde domum, oblata ab eis pecuniam retinuit. Meminit hujus Plato in 1. & 3. de Legibus, & Plut. in Solone.

Epimētheus, per quatuor syllabas, ἐπιμενθεύς, à poëtis Japeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valens, hominis statuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Jupiter, cum vertit in simiam, atque in insulas Pithecusas relegavit. Hic pater fuit Pyrrhae uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ovid.

*Inde Promethides placidis Epimethida dittis
Mulcer, &c.*

Vide infra de Prometheus, Pandora, & Pithecusis insulis.

Epimōnē, Græca vox: Latinè, perseverantia. { ἐπιμονή. GALL. Perseverance. ITAL. Perseveranza. GERM. Verzug oder Beharrung. HISP. Continuacion, perseverancia. ANGL. Perseverance, steadfastness. } Figura, quando ad majorem affectum denotandum in eadem dictione perseveratur, ut Virg.

sic sic iurat ire sub umbras.

Hæc etiam Epizeuxis, ἐπίσεξις vocatur.

Epimythion, ἐπιμυθῖος. Fabula est expositio, ejusque utilitas, ut quum apologi rationem & sententiam auctores mythologici atexant: ut suū apud Æsopum appendices fabularum, quasi fabulationes. Budæus.

Epīnsciā, orum. { ἐπινίκια. GALL. Vers, louanges, feste & célérité qu'on dit, chante, ou fait pour la victoire gagnée, comme les feux de joie. ITAL. Fuochi & feste per le vittorie. GERM. Ein feier oder gesang so man auch freuden eines erlangen figs hält. HISP. Cantos o juegos publicos hechos per alguna victoria, como fuegos de alegría. ANGL. Verses or songs of triumph. } Græci vocant celebritates pro parte victoria, ab ini & nō: cuiusmodi sunt ignes nocturni, pyramque quæ ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicæ lætitiae accenduntur: solennes præterea supplicationes, & aliae id geniū solennitates, quibus partæ victoriæ gaudium solemus testati. Sueton. accipit pro carminibus in laudem victoris compositis, in Nerone. Sequenti, inquit, die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc sibi componi oportet.

Epīnyctidēs, ἐπινύκτιδες. Pustulæ minutæ, seu vari, dicti à nocte, in qua maximè proveniunt. Julius Pollux: Epinyc̄tis, pustula sublivida, modicè tumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. lib. 20. cap. 6. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur uleus aciem visus habetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans. Ubi vereor ne ἐπινύκτιδες, dicere hinc debuerit. Quidam codena nomine appellant pustulas liventes, ac noctibus inquietantes, Gallicè, fistule lacrymale.

Epipedon, superficies, ἐπιπέδη, qui est super solo, planus, à πίδη, solum. ||

Epiphānēs, ἐπιφανῆς. Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam à cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate. Epiphānīa, ἡ, ἐπιφάνεια. Apparitio, seu manifestatio dicitur, ἀπό της ἐπιφάνειας, hoc est, ab apparendo. Inde Epiphānīa, orum, à Christianis dicuntur festa, quæ nos Apparitionem Domini vocare possumus. Hieron. Dies epiphaniorum Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem, vel ostensionem dicimus, Græci epiphiam vocant. Hoc autem ideo, quia Dominus noster eo die Servator apparuit è tenebris. Licet enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum expleset ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Epiphania quoque vocatur, quum latitudo mensuratur cum longitudine. Vide in dictione Gramme.

Epiphania, ἐπιφάνεια, urbs Syriæ juxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta juxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicerta, utpote ab Arcesio condita. Stephan. Epiphania, non solum Epiphiam, usurpat Cæsarius lib. 8. cap. 7.

Epiphōnēmā, ἐπιφωνήμα, rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis post rem narratam exemplum est apud Virg. lib. 1. Æneid.

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

Post rem autem probatam, apud Cic. pro Ligario, Quorum igitur, Cæsar, impunitas tuæ clementiae laus est, eorum te ipsorum ac crudelitatem acutæ oratio. ¶ Dicitur etiam epiphœma, clausula arguta,

quæ in fine posita aurem ferit, quales plerumque solent esse clausulae quæ epigrammata claudunt.

Epiphorā, ἐπιφορά, morbus oculorum, quem vulgo Lacrymam vocant, quum descensus humoris cujusdam mordacis oculos angit: ἀπό της ἐπιφοράς, hoc est, ab inferendo. Plin. lib. 20. cap. 2. Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Colum. lib. 6. cap. 16. de magudati: Eadem radix contusa, & cum oleo lentilicæ inuncta, vitium colorum expurgat, epiphoram suppressit, polenta conspersa multa aqua. Dicitur & de aliis membris. Plin. lib. 20. cap. 13. Testium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeo peculiaris est, &c.

Epiphyllis. Gl. ἐπιφύλλις, racemos. ||

Epiplōōcēlē, ἐπιπλωκέλη. Herniæ species, quum omentum descendit in scrotum. Vide Enterocèle.

Epipolæ, ἐπιπλοα, regiuncula prærupta, juxta Syracusas. Steph. Vide Euryalus, & Labdalon.

Epipoli, ἐπιπλοα, vide Euryalus.

Epirhēdium, vehiculi genus non dissimile bennæ: compositum monumen ex iwi, & rhabda. Juven. Sat. 8.

— tritóque trahunt epirhedia collo.

Epirüs, ἐπιρροα. Regio est Græcia, in qua olim Pyrrhus regnavit: hec primum Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania vocatur. Quondam urbibus populisque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum saepius deficeret, penè in solitudinem redacta est. De ea multa Strab. lib. 8. Ovid. 8. Metam.

Misit atros, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, &c.

Terminatur Epirus à Septentrione, Macedonia: ab Oriente, Achaea: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt civitates Nicopolis, & Ambracia.

EPÍRÖTÄ, ἐπιρρώμη, qui est ex Epiro. Liv. lib. 2. decad. 5. Martius & Attilius ad Gitane Epiro oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditum sunt.

Epīrōticūs, a, um, ἐπιρρωτικός. Cicer, Attic. lib. 12. Hodie tuas litteras expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ pomeridianæ, nisi te Epīrōticæ litteræ impedian, quas ego non interpellō. Epīrōticæ boves, qui ex Epiro sunt. Varr. 2. de re rust. cap. 5. Transmarini Epīrōtici non solum meliores totius Græcia, sed etiam Italia. Epīrōtici mala, ἐπιρρωτικά μῆλα, dicuntur quæ in Epiro Græcia regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Plaut. Amph. Tellus Epīrōtica vidit Cadnum, &c.

Epīschidion. { ἐπισχίδιος. GALL. Coin pour fendre le bois. ITAL. Conio da fender legni. GERM. Ein wegg mit dem man das holz spalt. HISP. Cuña ó cuño para hender. ANGL. A wedge to cleave wood. } Apud Vitruv. accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam γίγαντες Græci est findere.

Epīschinum: Supercilium. Tertull. Turn.

EPISCOPATUS, ἐπισκοπή. Episcopi munus & dignitas. ||

Episcopūs. { τῷ ποτίσθετος. ἐπισκόπη. GALL. Evêque, Prelat qui a la surintendance en quelque lieu. ITAL. Vescovo. GERM. Ein Bischoff oder auffsäher. HISP. Obispo, Prelado de Iglesia. ANGL. A bishop. } Magistratus nomen fuit apud veteres, cuius officium erat panis & ceterarum rerum quæ ad cibum pertinent, curam habere, ut colligi potest ex verbis Arcadii, ff. de munere, & honorib. Latinè interpretatur Speculator, ab ἐπισκοπεύσαι, quod speculator significat, vel considero. Unde etiam hodie ad Antistites translatum est, quod illorum præcipue munus sit, gregis sibi commissi vitam explorare. Hac voce usus est Cicer. lib. 7. Epist. ad Attic. Vult enim (inquit) Pompeius, me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur.

Episcopūm. { ἐπισκοπεύσαι. GALL. Maison Episcopale, Evêché. ITAL. Vescovato. GERM. Eines Bischoffshoff/die wohnung eines auffsäher oder wächters. HISP. Obispado, morada del Obispo. ANGL. A bishop's house or mansion place. } Episcopi habitatio dicitur: sicut Prætorium appellatur, ubi Prætor ius reddit.

Episcopūs, a, um: Exploratorius, speculatorius. { ἐπισκόπης. GALL. Brigantin. ITAL. Brigantino. GERM. Das zu dem auffsäher oder wachen gehört. HISP. Barca para espias, bergantin. ANGL. Belonging to an espiall, a brigantine. } Cic. ad Attic. Quinto Non, descendens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium, id est, navim exploratoriam.

Episcopor. Alanus: Evangelizare misit me Dominus, non Episcopari. Epispāsticā, ἐπισπαστική, medicamenta quæ pertinent ad ulcus purgandum, pùisque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάσω, quod idem est quod attraho.

Epistatēs. { ρώσοι τοι ben méchék. ἐπιστάτης. GALL. Grangier, procureur de maison, homme d'affaires. ITAL. Castaldo, procuratore. GERM. Ein schaffner. HISP. Mayordomo, procurador. ANGL. A steward, a baily. } Græcè dicitur qui à nobis villicus, procuratōrque, ac præpositus rei faciendæ vocatur. In foemino genere, Epistata, villica dicitur, quæ præst diligerter familiæ rusticæ: qua voce utitur Cato de re rust. cap. 56.

Epistemonarches, doctrina Ecclesiastica Præful. L. g. b. ||

EPISTÖLÄ, a. { γένος σέφηρ. ἐπιστόλη. GALL. Epistre, missives, lettres. ITAL. Epistola. GERM. Ein sendbrieff. HISP. Carta mensajera. ANGL. A missive, a writing. } Litteræ: ἀπό της ἐπιστολῆς, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut. in Epid. Quia quotidie ipse ad me ē legione epistolæ mittebat. Idem in Pseud. Herus me tibi salutem multam voluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi jussit dare. Miles lenoni epistolam conscriptam mitit. Ibidem sc. 2. a. 4. Ne epistola ulla uspiciat sit in aedibus. Idem Asin. sc. 1. a. 4. Libri de rebus per epistolam quæsitis. Gell. e. 3. lib. 12. Vide quid hæc epistola narrat. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Peregrinæ allata epistola. Idem Asin. sc. 1. a. 4. Epistola olim non nisi transversa charta scribebatur, sed Cæsar primus formam mutavit. Vide Suet.

In Cas. cap. 50. Cit. Quinto fratri, lib. 1. Illud quod est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum esse non puto.

Epiſtoleus, epistolæ scriptor, & magister. Item Optio Protocarabi, qui secundas tenet. L.g.b. ||

Epistolium. { iωνιδιαν. GALL. Petites lettres, petites missives. ITAL. Epistle. GERM. Ein sendbrieflein. HISP. Pequeña carta mensajera. ANGL. A little letter. } Parva epistola, Catullus,

Conscriptum hoc lachrymis mittis epistolium.

Epistolaris, c, quod ad epistolam pertinet. { iωνιδιαν. GALL. Des appartenances, ou servant aux missives. ITAL. Cosa pertinente à lettere missive. GERM. Das zu einem sendbrief gehör. HISP. Cosa perteneciente à carta mensajera. ANGL. That belongeth to writings. } ut Epistolaris charta. Mattialis lib. 14. Hieronymus, Neque enim epistolaris angustia evagari longius patiebatur.

Epistomium, iωνιδιαν, dicitur instrumentum illud æneum, quo in fontibus ora salientium obturantur, vertibulum in medio pertusum habens, quod admittit, vel arcet aquam. Galli sua lingua Robinet vocant. Hoc etiam instrumento utimur ad vinum ex dolio hauriendum. Seneca ad Lucil. Epist. 87. al. 86. Nisi aquam argentea epistomia effuderint, & adhuc piebeas fistulas eloquor. Varro lib. 3. de reruſ. Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, mensaque quam dixi in primis radiis esse, epistomis versis ad unumquenque actum, sic ut influat in convivium. Vitruv. lib. 10. de hydraulicis organis loquens: Accepit epistomium pro eo obturaculo, quod in musicis organis spiritum continet, & laxat ut opus est. Motione, inquit, vestrum vehementiore spiritus vehemens compressus, epistomiorum aperturis influit, & replet anima canales.

Epistomizo, contineo, suffræno. Bud. ||

Epistropheus, iωνιδιαν, à rei anatomicae peritis dicitur prima ex septem colli vertebris, omnium ut latissima, ita & tenuissima, duplum habens concavitatem, capitum convexitatem, sive processus recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circumagit. A quo usu vertebra hæc epistropheus appellatur, à verbo Græco iωνιδιαν, quod inter cætera significat Converto, circumago.

Epistrophus, iωνιδιαν, Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidæ filius, qui una cum fratre Schedio Phocensibus præfuit in bello Troiano. Author Homer. in Catalog. navium.

Epistrophæ, iωνιδιαν. Rufiniano figura est λίξις, quum eadem in verba plures desinunt sententia. Rutilius tamen Lupus hanc inter schemata sententiarum refert, epiphorâmque appellat.

Epistylium. { כוֹתֶרֶת chothéret. iωνιδιαν. GALL. Le chapiteau d'une colonne ou pilier. ITAL. Capitello. GERM. Ein deckel oder Knopf so man oben auf ein sauf setzt. HISP. Chapitel. ANGL. The chapter of a pillar, à little pillar set upon a greater. } Capitellum quod super columnam ponitur. Corpus enim columnæ, scapum vocant: fundatum, basim: illud vero quod columnæ superponitur, epistylium appellant. Vide multa de epistylis apud Vitruvium.

Epynalœphæ, iωνιδιαν, figura est dictionis eadem cum synæresi, quâ duæ syllabæ, iisdem litteris remanentibus, in unam conglutinantur: ut Ἀεριδem cervam, apud Virgilium, pro Ἀεριδem. Huic opponitur diæresis, qua una syllaba in duas resolvitur: ut Sylæ, trisyllabum, apud Horatium, pro dissyllabo Sylvæ. Inter epynalœphen & synalœphen hoc interest, quod synalœphe propriè fiat in diversis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali ultimam præcedentis absumente: ut, Cartagh' Italianam. Epynalœphe vero non nisi in eadem sit dictione: nulla litera percunte, sed duabus tantum in unam coalescentibus.

Epitalium, iωνιδιαν, urbs Tryphaliz. Steph.

Epitaphium, ii. { iωνιδιαν. GALL. Epitaphe, l'écriture qu'on met sur une tombe. ITAL. Epitafio di sepoltura. GERM. Ein grabschrift. HISP. Epitaphio. ANGL. An epitaphio, or scripture on a grave. } Dicitur inscriptio quam sepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: quale est illud apud Virg. in Daphnide,

Daphnis ego in sylvis, hinc usque ad sydera notus,
Formosus pecoris custos, formosior ipso.

Item illud apud Ovid. in Epist. Phyllidis,

Phyllida Demophoon letho dedit, hospes amantem:
Ille necis causam præbuit, illa manum.

Dictum epitaphium, quod humato jam corpore, in rō mōphō, hoc est, in sepulchro soleat inscribi. Nam quod cadavere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, Epicedium dici consuevit.

Epitasis, iωνιδιαν, in Comœdia vehementissimus actus, qui catastrophæ præcedit, in quo omnia quasi fervent & æstuant inter spem & metum. Apud Grammaticos etiam pro exaggeratione sumitur.

Epithalamium, iωνιδιαν, Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam iωνιδιαν, Græcis idem est quod conjugalis. { Epithalamium propriè canebatur à virginibus, cum jam nova nupta in lecto viri collocata esset.

Epitheca, iωνιδιαν, est additio, impositio. ||

Epithemata, iωνιδιαν. Medicamenta sunt, quæ parti affectæ adhibentur, paniculo, aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco iωνιδιαν, quod est imponere.

Epitherapeusis, ubi non emendatio dicti atrocissimi, sed confirmatio ponitur, recte dixisse, cauſa subjecta cum quadam acrimonio. Alconius.

Epithesis, is, iωνιδιαν, præter vulgatas illas apud Græcos significaciones, quibus pro impensione, sive aggressione sumitur, apud Jurisconsultos etiam usurpatum pro inscriptione quadam apposititia, in contumeliam fraudem alicujus facta. Ulp. I. lex Cornelia §. 10. ff. de injur. & famosis libellis. Eadem pena ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliudve quid, sive scripturam in aliquotum notam produxit.

Epitheton, iωνιδιαν. A Quintiliano dicitur Appositum, ab aliis Adjectivum, οὐκέ τοι iωνιδιαν νῦν τετραγωνός, hoc est, ab eo quod substantivo apponatur. Epitheta tribus de causa nominibus adduntur: Discretions, ut:

Phrygia molimur montibus Ida.

Est enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis, ut:

Terribili implexum seraque & dentibus atris.

Ornatius, ut:

Alma Venus.

Differat autem epitheton ab antonomasia, quod illud nunquam solum ponitur, sed nomini proprio alicujus adjicitur: antonomasia autem per se proprii nominis vice ponitur.

Epithymia, æ. { iωνιδιαν. GALL. Concupiscence, desir. ITAL. Concupiszenza, voglia ardente, brama. GERM. Begird. HISP. Codicia. ANGL. Concupiscence. } Latinè dicitur concupiscentia, desiderium: à verbo iωνιδιαν, quod est concupisco.

Epitimia, iωνιδιαν. Fama uniusculiusque integra, nullâ infamia notâ labefactata. Utitur hac voce Modest. in l. scire, D. de tut. & curat. Si quis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, neque creari hunc oportet, & si creatus fuerit, nec recusaverit, prohiberi cum esse tutorem, manente epitima, hoc est, famæ integritate. Huic opponitur æximia, hoc est, infamia, vel ignominia.

Epitögium, genus pallii quod supra togam ferebatur. { GALL. Mantua, casaque. ANGL. An hoode, that covereth the sholders. } ab ixi, & toga. Quint. lib. 1. cap. 5.

Epitömē, es & Epitoma, æ. { iωνιδιαν. GALL. Abbregé. ANGL. An extract or short draught. } Breviatum, abbreviatum, abbreviatio, à verbo Græco iωνιδιαν, quod est abbrevio. Cicer. ad Attic. lib. 13. Epitomen Bruti Cællanorum velim mihi mittas. Eadem lib. 12. In Bruti epitoma Fauniorum scripsi quod erat in extremo.

Epitonía, orum, iωνιδιαν, ab iωνιδιαν, sunt instrumenta, quibus funes intenduntur, rotâ instructa & puteis adplumbata, eo ordine, ut terni & quarterni simili aquam eodem ex putco haurire possint, funiculo per rocam dimisso. Ulpian. l. 17. §. 5. D. de a. empt. Castella plumbea putci, opercula puteorum, epitonia fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non sint affixa, ædium esse constat. Hotomanus in Lexico.

Epitoxis, apud Vitruvium in catapultæ descriptione, i. cavus qui sagitam recipit.

Epitrachelium, collarium Patriarchæ, & Archidiaconi. Codin. Lex. gr. b. ||

Epiträgas, iωνιδιαν, piscis genus, à foedo hirci odore ita dictum.

Epiträgi, iωνιδιαν, vermes vitibus infesti: ita dicti quod hircorum more vitium frondes prærodant.

Epiträpēzīa, iωνιδιαν, dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt vascula & potoria & escaria: vel, ut loquitur Gell. cap. 1. lib. 4. Vascula poculenta, & esculentæ: ab ixi, & τραπέζῃ.

Eginus, iezuās. Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulsus, & posle extinctus est. ¶ Erginus Thraciæ fluvius, authoribus Plin. lib. 4. cap. 11. & Pompon. Mela lib. 2. in descriptione Thracia.

Ego, illativa, sive completiva conjunctio est, quæ minoribus adhibetur clausulis, sicut Igitur. { p̄ y bāl chen, iezuā, n̄w. GALL. Donq̄es, donc. ITAL. Dunque, adunque. GERM. Derhalben, darumb. HISP. Assique, pues, luego. ANGL. Then, therefore. Aliando inceptiva est, conveniens maxime indignationi : ut in carmine illo Augusti Cæsaris, quo Virgilii poëmatu veteri aboliri,

Ergone supremis potuit vox improba verbis,
Tam dirū mandare nefas? Item:

Ergo operum quoniā nudum certamen habetur.

Ovid. 13. Metam.

Ergo opera illius mea sunt?

Ibid. Ergo ad eopol, si recte facias, me emittas manu. Plaut. Men. sc. 7. a. 5.

Ergo aut exilio vires subduxit Achivis.

Ovid. 13. Metam.

Ergo ubi delituit, pro autem.

Idem Eleg. 10. lib. 3. Trist. Ergo mirabar quod scapulae gestibant: id est, ideo.) Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.

Ergo ubi præclaros poscent tua facta triumphos.

Tibull. lib. 4. Ergo sunt quæ exoptas. Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Ergo pulcher est, inquit (i. sanè.) Idem Mil. sc. 1. a. 1. Ergo ob hoc verbum donabo profecto alicui. Idem Moſ. sc. 3. a. 1. (pro Atqui.) ¶ Quid ergo est? Senecc. cap. 11. de trang. Ecclor ergo haud falsum somnum. Plaut. Mil. sc. 4. a. 2. Nulla ergo dicat, dotem attulit: i. tum, igitur. Idem Auf. sc. 5. a. 3. Ergo quin legis? Idem Pſend. sc. 1. a. 1.

Non ergo presso tellus consurgit aratro: i. autem.

Tibul. lib. 4. Jam ergo hæc madebunt (i. verò, vel autem.) Plaut. Men. sc. 2. a. 2. Itaque ergo. Liv. lib. 9. d. 4.

Ergo age tam longas, sed supprime Musa querelas.

(Mutantis sermonem.) Ovid. lib. 4. Fast. ¶ Aliquando hortativa, eiōl. ī. Virg. 2. Aeneid.

Ergo agè chare pater, cervici imponere nostra.

¶ Aliquando vim nominis habet, accipitūque pro ablativo, causā, sive gratiā, iezuā, in qua significatione circumflectit posteriorem, perpetuōque eam producit: quam alias habet indifferente. Virg. 6. Aeneid.

illius ergo

Venimus, & magnos Erebi transanimus amnes.

Sisenna lib. 3. Milites ut lex Calphurnia concesserat, virtutis ergo civitate donati.

¶ Ergolabus, iezuās, qui opus faciendum suscipit, seu conductit, redemptor. iezuās, est redempturam facere. ||

Kibēa, iezuās. Dicta ab Homero Juno, quasi buculæ molestia, quod lo in bovem versam multis afficerit molestiis. Nam iezuā contentionem, litem, sive molestiam significat: βασι, boven. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Vulgo Pressa.

¶ Erica, frutex ejus nominis, qui bis in anno floret.

Erica, a. uno. Mel ericæum (iezua) quod ex erica colligitur. ||

Ericatēs: Viti cuiusdam Lycaonii nomen, à Melipo Turni comite infecti, ut Virgilio placet 10. Aeneid.

Cedibus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydassem:
Messapus Cloniūmque, Lycaoniūmque Ericatem.

Interpretari potest, ira contractus, iezuā, ira, γενέτω, infringō.
Erica, iezuā. Vicus Athenis in tribu Ægide. Steph.
Eiicē, es, vel Erica, æ. { iezuā. ANGL. Heath to make broomes on. }
Frutex est non multum à myrice differens, colore rorismarini, & folio non admodum dissimili. Flores emitit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta defloruerunt, quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetuntur: siue ex iis mel, quod ericæum vocatur, sylvestrem, & minimè probatum saporem referens. Author Plin. lib. 24. cap. 9. & lib. 11. cap. 16.
Erichtheūs, iezuās, nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerva è rure ubi natus erat, suscepit, educavit, & Atheniæ populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ sunt. Virg. in Ciri.

Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

Erichthonius, iezuās, qui etiam Erichtheus dictus est. Atheniensium Rex fuit ex semine Vulcani interram projecto editus. Unde & nomen habet, δάρι οἰ εἰσίθ, νῆσος χερός, id est, ex certamine, atque humo. Nam quum Vulcanus diis arma fecisset, eique Jupiter optionem dedisset p̄mī quod velle postulandi, jura sétque per infernā paludem se nihil negāturum: tum ille Minervæ nuptias postulavit, quas quum Jupiter juramento obstrictus ei negare non posset, Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defendere. Tum in illa collectatione Vulcanum in terram profundisse auit semen, atque inde editum fuisse puerum draconum pedibus, nomine Erichthonium: qui quum adolevisset, ut pedum deformitatem tegeter, primus currus usum adinvenit. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

— natum de crimine virgo

Sustulerit, quare mōret Erichthonium.

Hanc fabulam refert Servius in illud Virg. 1. Georg.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus

Iungere equos, rapidissime rotis insisteret viator.

Ab eo populus Atheniensis Erichthonius dictus est. ¶ Erichthonius Dardani filius, pater Trois. Ovid. 4. Fast.

Erichthō, iezuās, mulieris Thebalae nomen est apud Lucanum lib. 6. multitudine veneficiorum famosæ. Eo nomine usus est Ovid. in Epist. Sapph., p̄o furiæ cuiusdam infernalis nomine.

Illuc (inquit Sappho) mentis inops, ut quā furialis Erichthe Impulit, in collo crine jacente feror.

Eticus portus, Ptolem. Liguriæ oppidum, Plinio Delphini portus.

Eticus: vide Eritius.

¶ Ericusa, Ptolemæo insula Æonii maris, non procul à Corcyra, hodie Paxo, juxta Bellonium lib. 2. Observ. cap. 10. ||

Eridanus, iezuās. Vulgo Po. Italiae fluvius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notio nomine Padus appellatur. Eridanus autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendi quod bonam terrarum partem exsulit Phæthon, cognominatus est. Hunc poëtae fabulantur quum paternum currum regendum suscepisset, aurigandique imperitia orbem terrarum in discrimen adduceret, à Jove fulmine ictum in Padum fluvium decidisse, eique Eridani nomen fecisse. Virg. quod Italorum omnium maximus sit, regem fluviorum appellat. ¶ Est item Eridanus cœlestis signum Arieti proximum. Cicero ex Arato:

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum Cœli.

Erigērōn. { iezuās. GALL. Senecon. ITAL. Cardoncello, spelcijsa. GERM. Eringreut, oder grindfraut. HISP. Buen varon. ANGL. Groundsell. { Herba est caulinis subrubicundis, specie & molilita triflaginem referens: ita dicta quod Vete canescat, & quamcūtissimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim Erigeron Latinè Venum tenem. Unde etiam hodie nonnulli senecionem vocant.

Erigōnē, iezuās. Icaris filia fuit, teste Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem rusticis temulenti occiderant, se ipsam suspendit, deorūque miseratione in cœlum translata, Virginis nomen obtinuit. Virg. 1. Georg.

Qua locus Erigonē inter, Chelásque sequentes

Panditur.

Erigōnēs, adjectivum, iezuās, ut: Canis Erigoneius, apud Ovid. lib. 5. Fast.

Noite sequente diem Canis Erigoneius exit:

id est, oritur Canis sydus cœlestis. Vide Hyginum. Et canis Erigones vocabatur chimera. Porro quum ejus umbra regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arbribus appenderunt, quod in Bacchi sacrificiis fieri consuetum est. Unde Virg. lib. 2. Georg.

tibique

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

ERIGO, is, crexi, crectum, cre, ab è & rego compositum. Elevo, attollo, extollo, excito. { ὑπ̄ πηκιμ. ἀνηγη, ἀνεγη, ἀ. GALL. Elevare, hauſſer, dresser. ITAL. Drizzare, inalzare. GERM. Aufrichten. HISP. Alçar. ANGL. To raise up, to advance. } Cicet. pro Rose. Amer. Quem simul atque attrigi, statim homo se erexit. Idem 1. de Legibus. Nam quum cœteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognitionis, domiciliique & pristini conspectum excitavit. ¶ Erigere manum, pro pugnare. Quint. ¶ Item, Erigor, passivum. Ovid. 13. Metam.

Erigor (animo) & trepidos cives exhorts in hostes.

¶ Per translationem accipitur pro consolari & sublevare. Cic. prolege Manil. Diffidentemque rebus suis confirmavit, afflictum erexit, perditumque recreavit. ¶ Erigere ad spem, & in spem. Idem prodomo sua, Civitatēque fractam malis, mutam, debilitatam, objecit metu, ad aliquam spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Cic. 3. Philipp. Liv. 19. bell. Pun. Iis honoribus molitus regis annus, crectusque in spem propinquam, sublatro Syphace. Idem 3. ab Urbe, Agrarii se in spem libertatis erexerant. ¶ Alique in er-

gre,

gere: Ad divitias & honores extollere. Ovid. ad Pison.

Mæcenæ tragicō quātientēm pulpitā cæstu

Erexit Varum.

¶ Patriam erigeré, id est, celebrem reddere. Claud. 8. Paneg.

Seilicet illa tui patriam precepta Platonis

Erexere magis, quam, &c.

¶ In digitos erigi. Quint. lib. 2. cap. 3. Ut staturā breves in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur.

Erectus, part. { *ερέπτος μυκάμ. ἀναγραθείς, ἀναψαθείς.* GALL. Elevé, dressé. ITAL. Erto, dirizzato. GERM. Aufgerichtet. HISP. Levantado, inhestado. ANGL. Raifed up, lifted up right. } Cicer. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem ad Brut. Erectior Senatus erat non sententiis solum nostris, sed cohortationibus exercitatus.

¶ Erim. Fest. Nec erim, pro nec eum. Ego Erim, pro eum: ut Nucerem, pro nucem, antiquo declinatu. ¶

Erimantus, qui lites disseminando divinat: *εριμός, lis, μηρίλος, divinus.* Juven.

— aut Disphylus, aut Erimantus.

Erimum, *εριμός.* Urbs OEnorrotum, in mediterraneis. Steph.

Erinçös, *ερινός.* Locus asper sub Ilii mœnibus, à caprificorum, quos Græci *ερινός* appellant, multitudine dictus. Meminit hujus loci Andromache, apud Hom. Iliad.

Eritineum, *ερινίδος.* Urbs in Doride, à caprificio dicta, ut author est Strab. *ερινίδος* Steph. Urbs Doriensium sub Parnasso. Dicitur etiam, *ερινίδος.* Est & alia Italiae, & alia Achaiae.

Erinnia, *ερινία,* nomen poëtrix, ex Teno urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

Erinnys, *ερινύς,* una Furiarum: ita dicta, *ερινύς τοῦ ιππέων τοῦ νοῦ,* hoc est, à corrumpenda mente. Virg. 2. Æneid.

— quod tristis Erinnys,

Quod fremitus vocat.

¶ Erinnys ex tragedia, *Ερινύς εἰς τραγῳδίας:* de fœdis aviculis, quales exhibant è scena, repræsentantes Erinnyn. Ex Aristoph. Plut.

Eritonia, *εριτονία.* Regio circa Sardes, quæ & Asia. Steph.

¶ Eriophorus, laniger.

Etiopolium, *ετιοπόλις,* emporium lanæ: forum ubi lana venditur. ¶

Erioxylon, *εριόξυλον,* lana est quæ ab arboribus producitur. Ulp. I. si cui lana 70. ff. de leg. 3. Lanâ (inquit) legatâ, etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci *εριόξυλον,* hoc est, ligneam lanam appellant.

Eriphia, venefica & fascinatrix cujusdam nomen fuit, de qua vide Erasmus in Adagiis.

Eriphylla, *εριφύλλη,* herba est septem lanuginosis ramulis apii modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, rotidem radiculis, quot ramis. Hanc multi prodidere in avena scarabeum habete, sursum deorsumque decurrentem cum sono hædi: unde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 24. cap. 18.

Eriphyllæ, es, vel Eriphylla, æ. *εριφύλλη.* Nomen uxoris Amphiaraï, & sororis Adraستi: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latenter, ne ad bellum Thebanum, ubi se moriturum sciebat, proficii cogebatur, Polynici prodidit. Virg. 6. Æneid.

His Phadram, Procrinque locis, mæstamque Eriphylen.

Cicer. 6. Verr. Eriphylam accepimus in fabulis ea fuisse cupiditatè, ut quem vidisset monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet. Juven. Satyr. 6.

Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphyla.

Eriphysa, *εριφύσα,* insula una ex Æoliis. Strab. lib. 6.

Eripio, is: Vitollo, & ut ait Pomponius Jurisconsultus, aufero, adimo, extorqueo. { *וְלִבְנָה millit, בְּיַחַד hitsil.* εριπτίσσα, εριψέμου. GALL. Ravir, oster par force. ITAL. Rapiere, torre per forza. GERM.

Heraus reissen/mit gewalt aus den händen zucken. HISP. Arrebatar. ANGL. To snatch and pluck away by force. } Terent. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi eriput, tam subito de faucibus. Duplex omnino habet constructionem. Interdum enim cum accusativo habet dativum: & tunc ferè in malam partem accipitur, ut Vallæ placet. Eripere se contumeliis. Suet. in Neron. cap. 48.

Eripere ade Deam, raptamque auferre per hostes.

Ovid. 13. Metam. Eripiat me vobis supremus dies. Suet. in Tib. c. 67.

At postquam eripui, cui standi vulnera vires

Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.

Ovid. 13. Metam. Eripe oculum isti, ab humero qui te tener. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Libertatem hostilis eripuit manus. Idem Capt. sc. 2. a. 3. Pulmentum ei pridem eripuit milvus. Idem Aul. sc. 1. a. 2. Eripi homines qui te ferebant sublimem (i. Eripi te hominibus, qui homines te ferebant sublimem.) Ita Lambin. & Passerat. expli-

cant hunc locum Plauti in Men. sc. 8. a. 5. Accurro, tæque eripio vi pugnando, in gratiis. Ibid. Legibus eripere reum (i. è reorum numero.) Sueton. in Neron. Eripiet me vobis summus dies. Idem in Tib. cap. 67. ¶ Aliquando verò cum accusativo habet ablativum, præcedente aliqua præpositione: & tunc sèpiùs in bonam partem accipiatur, nunquam tamen etiam in malam. Sed hac Vallæ differentia non est omnino vera. Nihil enim usitatus est his loquutionibus, Eripi aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus: ubi certè quamvis accusativum habeat cum dativo: in bonam tamen partem accipitur. Virg. 12. Æneid.

Acceleræ, & fratrem, si quis modus, eripe morti.

Plin. in Epist. Eripe me huic tormento. Eripiere simpliciter usurpatum, pro De periculis eripere. Virg. 3. Æneid.

Hos Helenus scopulos, hac saxa horrenda canebat,

Eripiæ ô socij, pariterque insurgite remis.

Ereptus, a, um, Part. *ερεπτοθείς.* Cic. pro Rosc. Amer. Ipse assiduitate, consilio, autoritate, diligentia perfecit, ut S. Roscii vita erepta de manibus sectorum, sententiis judicum permitteretur. Ereptus mortuus. Ovid. ad Liviam:

Obvia turba ruit, lachrymisque rigantibus ora,

Censulis eripiæ publica dama resert.

Sil. lib. 1.

Calepini Pars I.

Ereptio trepidus ductore exercitus.

Ereptus filius (matri, exilio.) Sene. cap. 14. de consol. ad Helv. Eretorum desiderio sumus iniquiores adversus relicta. Idem cap. 16. de consol. ad Mart.

Erepti nobis jus habet illa loci. (Illa sup. mens.)

Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Troia Rhæteo quænam subter littore tellus

Ereptum nostris obterit ex oculis (de mortuo.)

Catullus ad Ortalum.

¶ Ereptum ire, procripere. Salust. Jugurth. 123.

Eris, *ερις,* lis: item Dea contentionis, quam singunt. ¶

Erīsichthōn, *ερισίχθων,* vir impius fuit in Thessalia, qui quum Cereris nemus consecratum, præcipue verò quercum, in qua Nympha quædam, succidisset, irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eò coegerit etiam ut propria membra ipse absuineret. Hui erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam ubi prostitueret, adolescentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebant: alias equos, alias boves, alias vervecos: nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarumve erat usus. Porro Thessali per jocum dicebant Metram Erīsichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atque hinc proverbium, Mutabilior Metra Erīsichthonis, *μεταβλητή ου πάντας τ' εγενέρωσε.* In eum congruit, qui secum non constat, sed subiecte aliam atque aliam personam sumit. Fabulam Erīsichthonis tractat Ovid. lib. Metam. 6.

¶ Erisma, tis, *ερισμός,* fulcrum obnitus: ab *εριδός* fulcio.

Erithace, id quo apes obturant alvei rimas contra ventum: seu quo fas vos extremos inter se conglutinant. Varro lib. 3. de R.R. cap. 16. ¶

Erithacus, i. *εριθακός.* ANGL. Roben redbreast. } Avis est solitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme rancum erithacus, æstate phoenicus appellatur à puniceo caudæ colore. Author Plin. lib. 10. cap. 20. Theodorus ex Arist. Rubeculam vertit.

Erithalæs, *εριθαλῆς,* herba est semper virens, quæ alio nomine sedum, sive sempervivum minus appellatur. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Eritius, sive Ericius, vel potius Heritius, *εριτίς τοῦ ἵππου,* i. arcendo, id est,

εριθακός, portæ pendulæ, Livio: unde vulgo une herce, ou porte coulisse. Cæsar de bell. civ. lib. 3. Erat objectus portis Eritius. Salust. Saxaque ingentia & axe vincti orbes per primum incitabant, axibusque eminebant in modum eritii militaris veruta binum pedum. Ubi à Grammaticis tamen exponitur machina militaris, infestis un-dique horrens telis, ut aculeis echinus.

Erithraones. Suet. in calig. cap. 22. (alias Terraones.)

Eritius, apud Cæsatem lib. 3. de bell. civ. cuius verba sunt apud Non. videtur fuisse munitionis genus, quum aut humi, aut aliqua in materia tela paliye desigebantur non valde remota à terra.

Erito, as: Riris fractis educo, evacuo. { *εριζόλισσα.* GALL. Evacuer & faire écouler par ruisseaux. ITAL. Scolare per condutti, vuotare. GERM. Das wasser in gräblin hinauf richthen. HISP. Vaziar l'agua. ANGL. To mak empie and voyd by a river. } Plin. lib. 17. cap. 20. Caterum majore in parte orbis etiam pluvias Autumni aquas cravari convenit.

Ero, *ἥρως,* puella formosissima, ex Sesto Thraciæ urbe, ad Hellepon-tum sita, & Veneris sacerdos: cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu ejus causa Helleponum solebat trajicere. Verum quum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatis agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cujus cadaver quum fluctuum impulsu Sestum esset de-latum, Ero doloris impatientia ex editissima sese specula in mare præcipitavit. Musæus hotum amores elegantissimo carmine exequitur.

Erodius, *ἥρως,* Homero avis est quæ in coitu sanguinem exsudat: unde nomen impositum creditur. Quænam tamen avis sit, non satis convenienter inter scriptores. Suidas enim eiconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem: putatque erodion dictam, quasi elodium, quod scilicet in paludibus verset. August. fulicam esse credit, Theodorus ardolam.

Erodo, is, etc: Rodo. { *λαρναῖς λαρναῖς, λαρναῖς λαρναῖς.* GALL. Ronger autour. ITAL. Rodere. GERM. Benagen. HISP. Roer. ANGL. To gnaw of. } Plin. lib. 11. cap. 29. Omnia verò mortu erodentes. Col. lib. 10.

Nec solum teneras audens erodere frondes.

Erosus sale. Plin. lib. 12. cap. 9.

Eriadiæ, *εριαδαῖς,* vicus in tribu Hippothontide. Steph.

Erōgennētōn, *ερωγέννητον,* herba est sic dicta, quod amatoriis conveniat. *Αρνάος* enim, & *Αρνά,* gigno: & *Ιερώς* amor dicitur.

Erogito, as, are. Vehementer rogit. Plaut. Capt. sc. 1. a. 5. Volo erogi-tare ex hoc quid factum filio.

Erōgo: Distribuo, & expendo. { *ῥίνεις εθαλάτις, ιμείδης.* GALL. Esclar-gir, distribuer, donner à celuy qui demande. ITAL. Distribuire, spindere. GERM. Aufgäben/aufspenden. HISP. Distribuir y dar al que ruega. ANGL. To give or bestow, to spend, to laye out. } Plin. Epist. 240. Deinde quam ipsi erogate in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecunias ex arario. Cic. in Va-tinium: Unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Liv. 1. ab Urbe.

¶ Invenitur etiam Erogare, quod est (ut Festus inquit) ex lege ve-tore per novam legem eximere.

Erōgātūs, particip. { *ῥίνεις νεκέλατος.* ερωγένητος. GALL. Distri-bué. ITAL. Distributo. GERM. Ausgegeben/aufgetheilt. HISP. Distri-buido. ANGL. Spended, bestowed. } Ut pecunia publica ex aratio erogata. Cic. Verr. 5.

Erōgito, as. { *ῥίνεις βαθάρ.* ερωγένητος. GALL. Fort prier & souuent. ITAL. Pregare instanteamente. GERM. Häufig und trum-lich bitten. HISP. Con instancia y muchas veces rogar. ANGL. To pray or requeste much or often. } Vehementer rogo. Plaut. Capt. 1. a. 5. Interibi ego ex hac statua vervecæ volo erogitare meo minori quid sit factum filio.

Erōgatio, verbale: Distributio. { *ῥίνεις μαχαλοκεθ.* ερωγένητος. GALL. Distribution, dépense, largesse. ITAL. Distributione, PP deppensa.

despensa. GERM. Ausgabe / auftheilung / aufspendung. HISP. Aquella distribucion al que ruesga. ANGL. A giving or bestowing. } Ut erogatio pecuniae. Cicer. ad Attic. lib. 15. Plin. in Paneg. Ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hic in malum sumitur, quemadmodum apud Sueton, plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

|| Eroina. A. xxxi. sub P. Constantinopolitano. ||

Eropia, insula una ex Cycladibus, aliter Acis: & postea Syphnus appellata.

Eropolistides, nomen apud Plautum, quo significatur ob amorem vendita, i.e. amor, πάθος vendō.

Ἐρῶς. { ἡρῆγος ἥρηβας. GALL. Amour. ITAL. Amore. GERM. Liebe. HISP. Amor. ANGL. Love. } Amor Latinē; unde erotica carmina, id est amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, cuius meminit Cicero in Oratione pro Roscio Comœdo.

Ἐρότης, atis: Græca dictio, Latinē interrogatio. { iεώμυς. GALL. Interrogation. ITAL. Interrogatione. GERM. Ein frag. HISP. Pre-gunta de respuesta. ANGL. An interrogation. } Est item Erotema Aquilæ, figura quædam, quam Cicer. Interrogatum vertit: qua utimur, ubi exacerbando aliquid interrogamus, ut exaugeamus rei invidiam. Differtque à p̄ysmate, hoc est, à quæsito, quod ad erotema una voce responderi possit negando, vel confitendo: ad p̄ysma vero nonnulli pluribus.

Ἐρότιλον, ii, iεώνας, mulierculæ nomen est apud Plautum per diminutionem: δέ τις ιεώνας, hoc est, ab amore deterrum. ¶ Erotium item Grecis, Cupidinis imagunculam significat.

Ἐρότυλος, iεώνας, gemma eadem quæ mepicoros, & hieromnemon dicitur, à Democrito præcipue laudata in argumentis divinationum. Author Plin. lib. 37. cap. 10.

|| Erthinum, iεώνας, quod natibus inditur. ||
ERRO, as, are, ab iεώνας. iεώνας, est ægrè eo. Vagor, labor, errore ducor, pecco, offendō. { τρυπατάχ, τρύπα nadhádh, τρύπα nudh, τρύπα schagháh. σεφίζω, πλανάζ. GALL. Aller à l'âme, s'égarer, se fouroyer. ITAL. Errare, fallire. GERM. Irrten/oder irr gehn. HISP. Errar. ANGL. To stray abroad or erre, to wander, to be deceived. } Virg. I. Æneid.

— Heus (inquit) juvenes, monstrate mearum
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum.

Cic. 3. Tuscul. ex Homero,

Qui miser in campus mœrens errabat Alais.
At non per dubias errant mea carmina laudes.

Tibull. lib. 4.

Ille per ignotas audax erraverit urbes.

Ibid. Ecastor erras, quæ illum expectes virum. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Erraverunt sœpe circa nos pericula. Senec. cap. 11. de tranquill. Ne erres, non rupturus sum. Plaut. Capt. prolog. Ne tu erres, præter hanc mihi non facies moram. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Ne erretis, hæc duarum feret imaginem. Idem Milit. sc. 1. a. 2. Adulescens, erras. Quid erro? Idem Men. sc. 7. a. 5. Eam sentio errare. Ibid. sc. 2. a. 3.

— Errantes fertque refertque pedes.

Ovid. 6. Fast.

Sed tamen errabat etiam tunc tempora (de ordinatione anni.)

Idem 5. Fast.

Protinus erratis lati vescuntur in agris.

Ibidem.

Quod feror? Immensus est erratas dicere terras.

Idem 4. Fast. ¶ Erraturi postero die per eadem vestigia (discursando.) Senec. cap. 12. de Tranquill. ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est, vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virg. 3. Eclog.

Mille me & Siculis errant in montibus agna.

Erroris ego illos & dementiae complebo. Plaut. Amph. Reduxit me ex errore in viam (suo viatico. Metaph.) Idem Pseud. sc. 3. a. 2.

— Qui me deceperit error,

Dicite.

Ovid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Principiumque mei criminis error habet.

Idem Eleg. 6.

Nec tamen errori vita negata meo est.

Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist.

— mihi tandem longis erroribus acto.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist. ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est, vel certum pro incerto, sive falsum, sive verum sit, σφάκουσι, πλάνης. Unde sciendum, quod licet quis absque ignorantia errare nequeat, non continuò qui aliquid nescit, errare: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, sive incertum pro certo approbat. Quæ tamen significatio metaphorica est. Cicer. 12. Philip. Cujusvis est hominis errare, nullius nisi insipientis persevere in errore. Idem 5. Verr. Erravit, an potius insanivit Apronius? Ter. Andr. Huic, non tibi habeo, ne erres. Idem in Eunuch. Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. ¶ Erratur, pass. Cic. 4. de fin. Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. Hinc Erratus, a. um. Particip. pass. Virg. 3. Æneid.

Talia monstrabat relegens errata retrorsum

Littora Achamenides.

Ovid. 3. Fast.

Protinus erratis lati vescuntur in agris.

Id est, quos errando lustraverant. ¶ Composita sunt Aberro, Deerro, Oberro, Peterro, Exerro: quorum significata vide suis locis.

Errör, is, ut scribit D. Augustinus in Ench. est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel è converso. { τρύπα nedhádh, τρύπα schalú, πλάνη mischbhéch. πλάνη. GALL. Erreur, égarement, fourvoyement, faute faite par ignorance. ITAL. Errore, fallo. GERM. Irrthum/fehl. HISP. Error. ANGL. An error, a straying abroad. } Cicer. 1. Acad. Omnes enim qui ad illa arima fato sumus nescio quo Reipub. misero, funestoque compulsi, et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. in Art.

Quid deceat, quid non? quò virtus, quò ferat error.

¶ Propriè autem error est deflexio à via, quum scilicet via igitur, extra iter institutum deflectimus. ¶ Inter errorum & errationem hoc interest. Donatus existimat, quod error animi sit: erratio, pendulum. Terent. in Adelph. Sanè hanc multò proprius ibis, & minor est erratio, id est, minus est spatii quo erres. Cicer. de Vniver. Itaque cum ab omni erratione liberavit.

Errabundus, i: Affatim, vel valde errans, vagabundus. { τρύπα nodhádh, τρύπα nadh, πλάνη. GALL. Vagabond, qui va errant à l'âme. ITAL. Errabondo, vagabondo. GERM. Irrtend/vmbschweifig. HISP. Erradizo. ANGL. That roandreh much, a vagabond. } Liv. 1. ab Urbe. Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domes suas, ultimum illas visuri peraugarentur. Virg. 6. Eclog.

Si qua fortè ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia.

Vide Gellium cap. 15. lib. 11.

Erraticus, a, um: Vagabundus, qui scilicet certa sede caret, errat & vagatur. { τρύπα nodhádh, τρύπα nadh, πλάνη. GALL. Errant, vagant à l'âme. ITAL. Erratico, errante. GERM. Irrtum/vmbschweifig. HISP. Erradizo. ANGL. That roandreh or strayest much. } Gell. lib. 2. cap. 2. Interim aliquot ex iis qui aderant, erraticum esse hominem dixere, & nullius rei, incolamque fordentum geneatum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur, qui non sunt sativi, sed ubique sua sponte latè serpunt. Plin. lib. 19. cap. 8. Est & erraticum intubum quod in Ægypto eichorium vocant. Sic Erratica brassica, apud Colum. Erraticæ stellæ. Gell. cap. 10. lib. 3. & cap. 1. lib. 14.

¶ Erratica febris, quæ extra horas consuetas invadit. ||

Erratum, i: Peccatum. { τρύπα schalú, πλάνη aschám. σφάλμα, πλάνη. GALL. Faute promptement provenue par ignorance. ITAL. Errore, peccato. GERM. Ein sünd/fehl. HISP. Yerro y error. ANGL. A fault comming of ignorance. } Cic. Tironi, Tantum mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata meæ ætatis, ut non solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreat. Idem 2. de lege Agrar. Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus.

Erratio, verb. Error. { τρύπα menhádh, τρύπα nedhádh. πλάνη. GALL. Fourvoyement, égarement. ITAL. Esso errare. GERM. Irrithum/misfrit. HISP. Obra de errar. ANGL. A wandering, a straying abroad. } Terent. Adelph. Sanè hanc multò proprius ibis, & minor est erratio. Cic. 2. de nat. deor. Nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contrâque omnisordo, veritas, ratio, constantia. Idem de Vniver.

Errantia, a, idera. Accius Neoptolemo, Satis jam dictum est, neque ego errantiâ animi pravè morigerabor. Nonius. Antiquum.

Errōnēs, qui incertis sedibus vagantur, πλάνη nadhim. πλάνη, πλάνη φερούσαι, πλάνη. GALL. Vagabonds, errans. ITAL. Vagabondi, vaghi, erranti. GERM. Irrtum/vmbschweif/vaganten. HISP. Vagamundo, erradizos. ANGL. Vagabondes. } Tibullus,

Atque iterum erronem sub tua signa voca.

Sappho apud Ovid. in Epist.

Nec vos erronem telluri admittite nostrum.

Ulpiano Errones appellantur servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & tempore in res nugatorias consumpto, scriūs ad dominum redeunt. ¶ Errones, stella erraticæ dicuntur. Gell. cap. 10. lib. 3. & cap. 1. lib. 14. ex Nigidio.

Errōnēs, qui vagatur, erro. { τρύπα nodhádh, τρύπα nadh, πλάνη. GALL. Vagabond. ITAL. Vagabondo. GERM. Irrtum/vmbschweif. HISP. Vagamundo. ANGL. A vagabond. } Col. lib. 7. cap. 12. Maximè autem debent in custodia vigilaces conspicī, nec erronei, sed assidui & circumspecti magis, quā temerarii. De canibus loquitur. Ulpian. in l. adiles, de adiles. edit. Si aleator, erroneus, vel viniarius sit factus.

Erübēscō, is, propriè significat Rubore suffundor, rubeo. { τρύπα bosch, τρύπα chaphár. ερυτέσσω. GALL. Rougir, avoir honte & vergogne. ITAL. Arrossire. GERM. Scham roht werden. HISP. Vergonçarse. ANGL. To blush or be ashamed. Ovid. 2. Amer. Eleg. 6.

Sensi te totis erubuisse genis.

Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Erubui domino cultior esse meo.

¶ Et quia quos alicuius rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est ut erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cicer. 1. de legib.

Erubescunt pudici eriam loqui de pudicitia.

Erūcā, a, ab erodendo, vel ab elu, vel ab eruendo, vel ab hærendo. Genius vermis qui in olerum folia repit, abroditque, præsertim brassicas. { τρύπα ghazám. γέρμη. GALL. Chenille, chatepeleuse. ITAL. Ruga, vermo. GERM. Ein raup/grafseurm. HISP. La eruga, gusano. ANGL. A canker a worme that commonly eat eth colewortes. } Unde etiam ab erodendo Eruca appellata est. Colum. lib. 11. Ubi verò apries regionibus, post pluvias noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem γέρμη nominantur, vel manu colligi debent, vel maturinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpē nocturno frigore, ut si deciderint, non amplius in superiorē partē proteant. ¶ Est etiam herba quædam virtutis calidæ, quæ Venerem excitat. { τρύπα γέρμη. GALL. Herbe nommée Roquette. ITAL. Ruchetta. HISP. Oruga, yerva. } Ovid. de remedii amor.

Nec minus erucas jubeo vitare salaces.

Colum. lib. 10.

Excitet ut veneri tardos eruca maritos.

ERUCTO, as, est frequentativum verbi erugo, is. { τρύπα hibbiah. ερύζω. GALL. Roter, jettir & mettre hors. ITAL. Rusticare, ruttare. GERM. Heraus görksen. HISP. Echarre oldando. ANGL. To bealke or break vnde out of the stomach, to cast out. } Erugere enim (ut Festus docet) semel factum significat: Eruçare, sæpius. Est autem eructare, ructando aliiquid ejicere. Horum omnium primitivum est vetus verbum rugo, is, ruxi, ructum. Unde fit ructus, us, quod crudis stomachi.

stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus & quo onerant ventriculum, i.e. Item Rusto, etas: quod est sonitum ejusmodi edere. i.e. Juvenal.

Sibend rustavit, si recte minxit amicus.

¶ Pro codem etiam nonnunquam invenimus Rustor, deponens Horat.

Hic dum sublimes versus ruatur.

¶ Hinc rursus fit secundum frequentativum Rustito, Col.lib.7. Germanus extinxit, locoque state non patitur: saepe decumbere & ruatur ecceps, caudamque crebrius agere. ¶ Eructare autem propriè (ut jam diximus) significat ructando aliquid emittere, vel ejicere. Virg. 3. Aeneid. de Poliphemo,

— saniem eructans, ac frusta cruento

Per somnum commissa mero.

¶ Per translationem tamen accipitur pro quovis modo ejicere. Virg. 6. Aeneid. de Acheronte,

— vastaque voragine gurges

Aestuat, atque omnem Coocyto eructat arenam.

¶ A tuco fit etiam alterum compositum Irructo.

Eructatio, i.e. vel i.e. Julius Firmicus lib. 4. Mathes. Quos intrinsecus dolor collectus assida eructatione disseriat.

Eructus, a. um. Gell. cap.7. lib.11. Furfureum panem esitare, vinum eructum & fructum potare, id est, faciem vini. GALL. Les lies ou bâties du vin.

ERUDIRO, as: Ruderibus expurgo. { ἔρυδος οὐσία. GALL.

Nettoyer de toutes pierres, plâtres & autres matières de vieux édifices. ITAL. Purgare, nettare un campo di pietre & altre lourde. GERM. Seubern vom vntath vnd gemüsel so ein alt zerbrochen gemeur gibt als stein Falch, &c. Hisp. Limpian la vassura à pozo, despedrar. ANGL. To tak away rubbell or rubbish of old houses. Sunt autem rudera, purgamenta: putre cémentum, lapides confraeti, arena, calx, & hujusmodi ex ruinis congesta. Hinc ruderatur ager, qui veterum aedificiorum materiam scatet. Eruderare itaque est purgare, & rudera ejicere. 2. de re rust. cap.12. Solum oportet esse eruderatum, & proclivum, ut everri facile possit.

ERUDIO, is: Ex rudi doctum facio, doceo, instituo, expolio, imbuo.

{ ἔρυδος λέμμα. ἔρυδος ιλλέψη. ἔρυδος ισχετιλ. ἔρυδος ισάρσινον, πορθήσα. GALL. Enseigner, endoctriner, instruire. ITAL. Ammaestrare, instruire. GERM. Unterweisen / lehren. HISP. Enseñar doctrina. ANGL. To teach, to instruct. } Cic. 1. Tusc. Philosophia verò omnium mater artium quid est aliud nisi, ut Plato ait, donum: ut ego, inventum deorum? Hec nos primū ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemque animi eruditivit. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

— Romanas erudiuntque nurus (i. amare docent.)

Idem 3. Fast.

Illa etiam stantes radio percurrere telas

Erudit (i. docet.)

ERUDITIO: Doctrina, institutio. { ἔρυδος ήλακτος, ηλακτος. GALL. Erudition, scavar, instruction, enseignement. ITAL. Dottrina, scienza. GERM. Verständigkeit / Kunst / erste lehr. HISP. Enseñanza de doctrina. ANGL. Erudition, cunning. } Cic. 1. de finib. Nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatæ vitæ disciplinam juvaret. Idem 1. Academ. Sine eruditione Graeca intelligi non possunt. Idem 2. de Orat. Omnis eruditionis expers, atque ignarus.

ERUDITUS, particip. Edoctus, institutus. { ἔρυδος μελομάδη. μελομάδης. ἔρυδος, ἔρυδος. GALL. Appris, scavant, endoctriné, instruit. ITAL. Ammaestrato. GERM. Gelehr. HISP. Enseñado en doctrina. ANGL. Instructed, taught. } Cic. Qu. Fratris, lib. 1. Sic verò fallaces sunt permulti, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentacionem studiti. Idem 3. de Orat. Nōane Socraticis erant disputationibus erudit? Gell. cap. 21. lib. 2. Graecas res erudit.

ERUDITUS, nomen: Doctus, sciens, literatus. { ἔρυδος λίμνη. λίμνης. ANGL. Learned cunning. } ut, Erudita operatio, id est, scitè facta. Plin. lib. 11. cap. 24. Tertium araneorum genus erudita operatione conspicuum. Eruditus pulvis, pro Mathematis disciplinis. Disciplinā juris civilis eruditissimus. Cic. 1. de Orat. Colum. lib. 8. cap. 16. Doctaque & erudita palata fastidire docuit fluviale lupum. Quintil. lib. 1. cap. 5. Hoc eruditius queritur. Vide Doctus, in Doceo.

ERUDITÈ, & ERUDITIUS, adverbia. { GALL. Doctement. ANGL. Learnedly, cunningly. } Columell. Agricultura lib. 1. cap. 1. Duo volumina similiūm præceptorum de vineis Julius Græcinus conscripta facetiūs & eruditius posteritati tradenda curavit.

ERUDITULUS, i., diminutivum. { GALL. Demy scavant. ANGL. Some what learned, a little smat terer in learning. } Catull. in Mamurra, & Cæs.

Morboſi pariter, gemelli utriue

Vno in letto, erudituli ambo.

ERUGO, as, are: Cutem extendo, & rugas tollo. { ἔρυδος, τερός. GALL. Oſter & effacer les plis & rides. ITAL. Distendere, levar via le grinze. GERM. Die runzlen vertreiben. HISP. Desarrugar, quitar arrugas. ANGL. To tak away wrinckles. } Plin. lib. 21. cap. 19. Lichenas, & lepræ, & furfures in facie emendant: erugant corpora. ¶ Erugo, is: vide Rusto.

ERUGATLO, verbale, quo usus est Plin. lib. 28. cap. 21. { ἔρυδος. GALL. Dériderement, oſtement de rides. ITAL. Eſſo cacciare la rugin. GERM. Vertreibung der runzlen oder rumpfen. HISP. Obra de desarrugar y quitar las arrugas, desarrugamiento. ANGL. A taking away of wrinkles. }

ERUILLÀ, x, genus est leguminis, folio quam faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alveatia scripiunt, i.e. Colum. lib. 1. Saferna putat agros stercorati lupino, faba, vicia, cruria.

ERUMPO, is, cum impetu egredior, eruptionem facio. { ὕπερβολή bilkéah, γύρω paráts. i.e. GALL. Saillir, & sortir avec violence & impetuosité, faire une saillie, ou irruption. ITAL. Uscire fuori con impetu. Calepini Pars I.

peto. GER. Ausshin brächen / hinauf fallen. HISP. Saltir con impetu; ANGL. To brust out or to break out with force. } Cæs. 1. bell. civ. Quo paratores essent ad insequendum omnes, sive noctu, sive interdiu strumperent. Cæs. 2. de bell. civil. Si foras erumpunt. In eas (naves) doloris iracundia. Idem 3. de bell. civil. Per obstantia erumpit lumen dicendi. Quint. Cic. 1. in Catilinam. Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audacie matutitas in nostri consultus tempus erupit. Erumpere ad pugnam. Col. lib. 9. cap. 4. de apibus. Erumpere ab aliquo. Ovid. in Ibis;

— Stygiū erumpere nitar ab oris.

¶ Erumpere ex: Cic. pro Sestio, Conjuratio ex latebris atque ex tembris erupit. ¶ Erumpet in nervum isthæ fortitudo. Terent. Phorm. O vir fortis atque amicus: verum hoc saepe Phormio vereor, ne isthæ fortitudo in nervum erumpat. Ubi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit, quia saepe in nervum conjiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An proverbium à sagittariis natum est, quod immoderata plerumque vites adducendo atcum non telum incitent, sed nervum rumpant? an ex eo quod saepè fortius ferientes nervum sibi aliud lèdant? Ergo fortitudine nimia saepe vinei, saepe decipi contingit. Invenitur interdum activè positum cum accusativo à tergo. Terent. in Eunucho, Jāmne erumpere hoc licet mihi gaudium?

ERÜPTIO, verbale, qua proprie dicitur cum milites ex urbe, vel ex castis impetum in hostes faciunt. { ἔρυπτος. ἔρυπτος, ἔρυπτος. GALL. Saillie ou sortie avec impetuosité, irruption. ITAL. Lo assalire con impeto. GER. Ein ausbruch/das ausshin fallen. HISP. Aquella obra de salir con impetu. ANGL. A brusting or breaking out. } Cæs. 2. bell. civil. Non solum ab eruptoribus caveant, sed etiam singularem hominum occultos exitus observent. Quintil. Velut eruptio ne pugnare.

ERUNCO, as: Herbas notias & spinas, frutetaque evello. { ἔρυπτος. GALL. Sarcier, arracher les herbes inutiles qui croissent en quelque champ parmi les bonnes. ITAL. Purgare, & tirar via l'erba. GERM. Ausreuten. HISP. Roçar & arrancar las yervas. ANGL. To weede or pluck up weeds. } Isidoro lib. 20. c. 14. runcones dicebantur, qui vepres secant. Colum. lib. 2. cap. 11. Omnes alterius generis herbas eruncato. Simplex dicitur Runcare, & Runcinare; Varr. de re rust. Ségetes runcari, herbam è segetibus expurgari. Et compotum, Eruncare;

ERVO, is: Ejicio, extraho. { ἔρυν hitsil, γῆν chillēs. ἔρυν, ἔρυν. GALL. Tirer hors, arracher de parmi, demolir. ITAL. Cavare, tirare. GERM. Ausreissen / aufzischen / herfürziehen. HISP. Sacar à fuerza lo escondido. ANGL. To droro out with force by the rootes. } Col. lib. 7. cap. 5. Subluyes & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur. Plin. lib. 11. cap. 37. Certè nulli sine redundantia ejus eruitur oculus. Senec. Eruentur tibi oculi. ¶ Erucere aliquem in eloquentiam & libertatem (i. ejus scripta edere.) Idem cap. 1. de cons. ad Marc. & Suet. in Galb. c. 9. Eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluviae ex penetrali somnio monitus eruerat. ¶ Interdum est in totum destruere, & arginti. Laet. lib. 7. Eruentur funditus civitates. Virg. 2. Aeneid.

Troianas ut opes, & lamentabile regnum

Eruerint Danaï.

¶ Est etiam erucere, persecutando invenire, & veluti ex abditissimis latebris in lucem profere. Cic. pro Murena, Ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sic idem 2. de Orat. dixit, Cura & cogitatione aliquid erucere, hoc est, investigare & invenire. Idem 2. Tusc. Si verò letutari vetera, & ex iis, quae scriptores Graeciæ prodiderunt, erucere coner, &c.

¶ Erus, servus, ab antiquo Graeco i.e. ||

ERUM, ab ερύσσω, authore Festo. { GALL. Ers. ITAL. Mocho. GERM. Roswicke. HISP. Iervos, hiergos, eizylaon, evillaqua. } Genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso; nec lenticulae diffili mili: cuius duo sunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine prastat. Utrumque in siliquis grana sine septo habet, quae se invicem ipsa tangant. Siliqua forma teres, & ad rationem grani cylindracci. Patientissimum vetustatis est: in eo tamen phalangium innascitur. Col. Erum latatur loco macro, nec humido, quia plerunque corrumpitur. Virg. 1. Eclog.

Eheu quam pingui maceſt mihi taurus in eruo.

Plaut. Moſt. Sc. 1. a. 1. Erum datur in' estis bubus; quod fecit. Ibid. Erum tibi cras aliquis feret. Dictum erum ab erendo: capitulum enim & manu vellitur. Hoc semen à Delphinatibus, apud quos abundat, illorum lingua vocatur Des erz.

Erycūs, ἔρυξ à Cic. 4. Verrina, appellatur Sicilia mons, quem Strabo & alii Erycem vocant. Non enim (inquit) Quæstor petit (ut est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et paulo post in eadem actione, Hoc de homine, ac de hujus bonis etiam in Eryco monte monumentum posuisti. Vide plura in dictione Eryx.

Erycīna, x. E' puzin. Veneris cognomentum est ab Eryco Sicilia mon te, in quo religiosissime colebatur. Ovid. 2. Amorum,

Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

Vide Cic. in Divin. in Verrem.

Etygion, Aloë. Dioscor. lib. 3. cap. 4.

Erymanthūs, ἔρυμα, mons Arcadiæ, in quo aprum agrotum vastatorum Hercules domuit, vivumque in humeris ad Eurystheum detulit: quo conspecto, Eurystheus in æro se vase abscondit. Virg. lib. 8. Aeneid.

Fixerit aripedem ceruam licet; aut Erymanthi

Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

¶ Est & fluvius hoc nomine in Alpheum defluens, ut ostendit Plin. lib. 4. cap. 9.

Erymanthūs, a. um: ut Monstrum Erymantheum. Valer. in 1. Arg.

Quique Erymantkei sudantem pondere monstri

Amphytroniaem, &c.

Erymanthūs, a. um: ut Aper Erymanthus. Cic. 6. Verr. Aiebant inter labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quam illum aprum Erymanthium, referti oportere.

Erymānthis, idos, aliquando legitur pro ipsa Arcadia. Ovid. 2. Metam.
Nexilibusque plagiis sylvas Erymantidas ambit.

Erymanthis ursa, dicta est Callisto Lyconis filia, quæ versa est in ursam, ut docet Ovid. lib. 2. Metam. ¶ Custos Erymanthidos ursæ. Idem 1. Trist. eleg. 3.

Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursa,
Æquoreaque suo sidere turbat aquas.

Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist.
Fuscabatque diem custos Erymanthidos ursa.

Idem Eleg. 4 lib. 3. Trist.
Proxima sideribus tellus Erymanthidos ursa.

Idem ibidem Eleg. 3. lib. 5.
suppositum stellis Erymanthidos ursa.

Erymna, ἐρυμνα, urbs Lydiæ, Trallis postea dicta. Steph.

Erymnæ, ἐρυμναι, urbs Lyciae. Steph.

Eryngium, sive Erynge. { ἐρυγγιον. GALL. Panicaut ou chardon testu. ITAL. Centocapi. GERM. Manstreu oder brachendistel / ein Kraut. HISP. Cardo corredor. } Herba ex genere aculeatarum, passim in campestribus nascentes, quam alio nomine capitulorum multitudine Centrum capita appellant. Vide Plin. lib. 22. cap. 7. & lib. 21. cap. 15. & 16.

Erysimum, ἐρύζιμον, semen est non dissimile sesamo, teste Galeno lib. 1. de aliment. facult. sed dexterius, parciusque nutriens. Romani Iritonem vocant, teste Plin. lib. 22. cap. ult. ¶ Alii genus herbæ esse volunt, ut Diosc. lib. 2. Alii agreste nasturcum. Alii cum frugibus annumerant: alii cum oleribus.

Erysipelas, atis, neutri generis, ἐρυσιπέλας, à Celso, ulceris genus, quum super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit. Nascitur ex intemperie composita primarum qualitatum cum affluxu flavae bilis, teste Galeno lib. 1. de different. morbor. Erysthea, ἐρυσθεα, urbs Cypri, in qua Apollo Hylates colitur. Steph.

Erydice, ἐρυδίκη, vide OEniade, urbs Acarnania, quæ postea ΟΝιαδα nominata est: aliqui totam ΟΝιadarum regionem Erysicem nominantur, ab Acheloi filia. Gentile Erysicaeus. Steph.

Erythacē, ἐρυθάκη, herba quam alii sandaracham, alii cerinthum nominant. Hic est apum, dum operantur, cibus, qui saepe in favorum inanitatis invenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris. Varr. 3. de re rust. cap. 16. Erythacen vocant, quæ favos extremos inter se conglutinant: Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcæ enim ἐρυθρη, rubor appellatur.

Erythacus: vide Erisbacus.

Erytheus, ἐρυθεός: Rex fuit Athenatum, Orithyia pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.

Erythia, ἐρυθία. { Die Insel Calitz. } Insula est in Oceano, proxima Gadicibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta aëris benignitas esse fertur, ut homines patiat penè immortales. Strab. lib. 5. & Plin. lib. 4. cap. ult.

Erythini, ἐρυθίνοι, urbs Paphlagonia, ποταμὸς τοῦ ἐρυθροῦ. Apollonius ἐρυθρὸς dixit. Steph.

Erythrus, sive Erythrinus, ἐρυθρῖνος, vel ἐρυθρῖνος Oppiano. Piscis est Phagio simillimus, rubescens coloris, excepto ventre candido, cuius oculi guttis aureis distinguntur. De eo Arist. hist. lib. 8. cap. 13. Oppianus 1. Halieut. Plin. lib. 32. cap. ult. & lib. 8. cap. 16. In quodam genere omnino non sunt mares, sicuti in erythrinis, & channis: omnes enim ovæ gravidæ capiuntur. Quod est desumptum ex Arist. hist. lib. 4. & 6.

Erythra, ἐρυθρα, urbs Ionum, quæ & Cnopolis, κνωπόπολις, à Cnopo vocabatur. Alia est Libyæ, & alia Locridis, alia Bœotia, & alia Cypri, quæ nunc Paphas. Steph.

Erythra acra, ἐρυθρὰ ἄκρα, Promontorium est Libyæ, Stephano ἐρυθρὰ βάθη, quasi dicas glebam rubram: urbs Ægypti.

Erythra, Melissophyllum. Diosc. lib. 2. cap. 117.

Erythræ, ἐρυθρæ, vulgo Cabo bianco, civitas Alia, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræam nominaverunt: antiqua sanè mulier, & divinatrix, tempore Alexandri.

Erythræus, lapillus, margarita: quod ab Erythræo mari peteretur. || Erythranon, à colore acinorum. Hederæ genus, de quo vide Bar. in Coroll.

Erythranum, Satyrium. Diosc. lib. 5. cap. 146.

Erythrum mare, pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem Arabico: ad Ortum, Persico sinu terminata. { ἐρυθρός ἡ αἰγαλεῖα. } Ratio nominis variè traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putant: cui etiam opinio ni subscriptibit Arrianus gestorum Alexandri lib. 8. Reliquas opiniones hic brevitatis caula omisimus. Strab. lib. 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quuin audirent à Græcis Erythreum vocari, existimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoque Mare rubrum dixerunt.

Erythrinus, piscis, qui Latine rubellio, à rubro colore, qui Græcis ἐρυθρός. ||

Erythrodanum. { ἐρυθρόδανος. GALL. Garance. ITAL. Robbia de tinge-re. GERM. Gerberðe ein Kraut. HISP. La ruvia. ANGL. Madder herbe to die or colour with. } Herba est rubram habens radicem, qua tinguuntur lana. Latini rubiam tinctorum appellant. Vide Plin. lib. 24. c. 11.

Erythrös. { ἐρυθρός. GALL. & ITAL. Sumach. GERM. Ein harter roter Sam in der Apotheke. HISP. Sumayre, sumach. } Frutex, alio nomine Thus appellatus, cuius folio coriarii in condensandis pellibus utuntur. Unde & excoriarium fruticem quidam appellauunt. Vide Plin. lib. 24. cap. 11. Galli Viuram vocant.

Erythrotænes, ἐρυθρότενες. Ex anserum genere volucres, in quibus nitor eximius, absolutaque nigritia, & in superciliis cocci tubor: ita dicti quasi ἐρυθροὶ μῆνες, hoc est, rubri pavones.

Eryx. { Einberg in Sicilien, i.e. Monte di S. Gulliano genant. } Nomen montis in Sicilia ab Eryce ibi sepulto. Nomen civitatis in eo sitæ, in qua templum Veneri costruxit Eryx ejus filius. Ovid. 2. de Arte, Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi,
Colle sub umbrosa quem tenet altus Eryx,

Pomp. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris. Unde Venus Erycina dicta est. i. ex vix. Ovid. 2. Amor.

Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

Sueton. in Claud. cap. 25. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycina, ut tuitate collapsum, ut ex ærario Populi Rom. reficeretur, author fuit.

Es, pro ede. Virg. Bibe, es, fuge. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. & in milit. sc. 1. a. 3. Es, bibe, animo obsequere.

Es, pro esto. Plaut. i. f. sc. 3. a. 1. Liquido es animo. Ibid. Animo bono es. Esalon: vide Esalon.

Esaū. { ιωνικός Ισαάκ. } Nomen filii Isaac, qui Edom, hoc est, rufus: & Seir, quod pilosum significat, appellatus est.

Escā, ab edendo dicta. Cibus non solum hominum, verum etiam omnium animalium. { מַחְאָל machāl. Bœwos. GALL. Viande, mangeaille, amorse, pasture. ITAL. Esca, cibo. GERM. Speiss oder es. HISP. Manjar o yesca, covo del yugo. ANGL. A bayte fayde. } Ovid. 2. Amor. Fleg. 6.

Nux erat esca tibi, causaque papavera somni.

Cic. 2. de nat. deorum. Sus vero quid habet præter escam? Esca est meretrix, amatores aves. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Nunquam hodie ex ista nassa escam petam. Idem Milit. sc. 6. a. 2. Qui eas esirabunt escas, quas condivero. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Esca & potionem vinciri decet fugitivos. Idem Menach. sc. 1. a. 1. Adolescens est esca maxima (id est, cibi multi.) Ibid. Affatim est hominum qui singulas escas edunt. Ibid. sc. 1. a. 3. Accipitur præterea pro eo quod datut avibus, piscibusve decipiendi gratiâ. Cic. de senect. Divinè enim Plato escam malorum, voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. ¶ Unde inesco, as, est porrecta esca decipere aves, vel pisces: & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem abducere. Terent. in Adelph. Nunquam rem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio.

Escariūs, a, um, quod ad escariū pertinet: ut, escaria vasa. { σεργή. }

